

18

7
DAD AUT
CIÓN GEN

9

THE UNIVERSITY OF CHICAGO
PRESS

THE UNIVERSITY OF CHICAGO
PRESS

COLLECTION

BR63

.D8

1876-77

v.2

c.1

10146



1080021848



ITER PARA TVTVM

ALERE FLAMMAM
VERITATIS

EX LIBRIS

HEMETHERII VALVERDE TELLEZ

Episcopi Leonensis



UANL

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN

DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS



HEA



SELECTA

NOVA

EX PATRIBUS LATINIS,

EXCERPTA

DE IIS QUAS IN LUCEM DEDIT

FRAT. DÜBNER,

ET

ALIQUBUS NOTIS

EXORNATÆ

AD LEONEN. SEM. USUM.

TOMUS SECUNDUS.



LEON.

IN TYPOGRAPHIA JOSEPH MARIA MONZÓN
M. DCCC. LXXVII.

46468

UNIVERSIDAD DE NUEVO LEÓN
Biblioteca de la Universidad de León



BR63

.D8

1876-77

v-2



FONDO EMETERIO
VALVERDE Y TELLEZ

SELECTA.

EX PATRIBUS LATINIS.

I.

S. AMBROSIUS.

DE PLANTIS.

(HEXAEM. III, P. 46-47.)

Herbarum plantarumque creatio. Demiramur, ut per verbum Domini de terra illicò prodirent; cum non minus admirabile sit, quotidie de semine jam putrefacto etiam prodeant. Plantae organizatio, quae Jecori illius formae, omnia quae necessaria sunt ad ejus incrementum et permanentiam, superinducit.

1 Germinet, inquit (1), terra herbam fac-

[1] Genes 1. 11. compendiose.

Tom. II.

I.

010116

ni secundum genus. Et continuo parturiens terra novos (2) se fudit in partus, et induit se amictum (3) viriditatis, gratiam foecunditatis assumpsit, diversisque compta germinibus, proprios suscepit ornatus. Miramur quod tam cito germinaverit: quanta

[2] *Novos, quos terra neoterice protulit. Fudit, vel effudit, sicut S. Ambrosius ait cap. 2. Ubertas benignae matris se in partus effundit.*

[3] *Induit se amictum Sensus est forte in activa voce, in passiva autem dicitur induitur vestem, quod saponit duplicem accusativum in activa poni. Aliqua verba duplicem regimen admittunt generaliter de persona et re, ver. gr. Doceo fratrem, doceo litteras. uniter: Doceo fratrem litteras. Cum Induo autem, ponitur usque prope, dativum: v. g. Induit sibi arma: quamvis accusativum se, fundetur in modo illomutis.*

majora miracula sunt, si spectes singula, quemadmodum vel jacta in terram semina resolvantur, ac nisi mortua fuerint, nullum fructum afferant; si vero fuerint quadam sui morte resoluta, in uberiores fructus resurgant. Suscipit igitur granum tritici putris gleba (4), et sparsum cohibet occatio, ac velut materno terra gremio fovet et comprimit. Inde cum se granum illud resolverit, herbam germinat. Grata ipsa jam species herbescentis viriditatis, quae statim

[4] *Virgil. expressio in sui poematis initio, agricolis agens. Georg. 1 44. est quod sequitur Ciceronis imitatio, in hoc loco: Terra quam gremio mollito ac subacto sparsum semen excepit, primum id occaecatum cohibet (ex quo occatio, quae hoc efficit, nominata est); deinde tepesfactum vapore et compressu suo diffundit et elicit herbescentem ex eo viriditatem, etc.*

genus sativi (5) similitudine sui prodit; ut in ipso suae stirpis exordio, cujus generis herba sit, recognoscas, atque in herbis fructus appareat; paulatimque adolescit ut foenum culmoque pubescens erigitur et assurgit. Ast ubi se geniculata jam spica sustulerit, vaginae quaedam futurae frugi parantur, in quibus granum formatur interius; ne tenera ejus primordia aut frigus laedat, aut solis aestus exurat, aut ventorum inclementia, vel imbrium vis saeva decutiat. Succedunt quidam ordines spicae, mirabili arte formati, vel ad speciem grati, vel ad tutamen nexu quodam inter se naturalis colligationis adstricti, quos providentia divina formavit. Et ne frugis numerosioris pondere velut quaedam cedat fulcra

[5] Sativum, ut substantivum. Prodit, de prodere est, pro emittit vel producit, haec ut prima significatio.

culmorum, vaginais quibusdam ipse culmus includitur, ut geminatis viribus frugem possit multiplicem sustinere, ne impar oneri curvetur in terram. Tum supra ipsam spicam vallum struitur aristarum (6), ut quasi quadam in arce praetendat (7), ne avium minorum morsibus spica laedatur aut suis exuatur fructibus, aut vestigiis (8) proteratur.

Terrae fidelitas in retribuendo illud quod ei commissum fuit. In fide hominum per-versitas.

2. Quid dicam quemadmodum clemen-

[6] Expressio á Cicerone pluries usitata: ubi apparet diferentia inter spicam et aristam.

[7] Praetendat, scilicet spica hoc vallum.

[8] Vestigiis, pro pedibus seu calcatu (avium.)

tia Dei humanae prospexerit utilitati? Foeneratum (9) terra restituit quod accepit, et usurarum cumulo multiplicatum. Homines saepe decipiunt, et ipsa foeneratorem suum sorte (10) defraudant: terra fidelis manet. Et si quando non solverit, si forte adversata fuerit frigoris inclementia, aut nimia siccitas, aut immensa vis imbrium alio anno superioris anni damna compensat: ita et quando proventus spem destituit agricolae, nihil terra delinquit; et quando arripet, ubertas foecundae matris se in partem effundit, ut nunquam ullam dispendium suo inferat creditori (11).

[9] Foeneratum, id est, redditum, productum.

[10] Sortis, id est, capitale.

[11] Creditori allusive ad sensum etymologicum; quo aliquid, aliquo confertur.

Vegetationis decantatio in agris, simplex planta pulchrior est, quam quod universa hominum ars prodidit. D. N. J. Christus sic iudicat.

3. Quae vero species pleni agri! quae odor! quae suavitas! quae voluptas agriculturalum! Qui digne explicare possumus, si nostro utamur alloquio (12)? Sed habemus Scripturae testimonia, quibus agri suavitatem benedictioni et gratiae Sanctorum advertimus (13) comparatam, dicente sancto Isaac (14), *Odor filii mei sicut odor agri pleni.* Quid igitur describam purpurascens violas, candida lilia, rutilantes rosas depicta.

[12] Alloquium pro colloquium, seu generaliter pro verbum, seu sermo.

[13] Pro animadvertimus.

[14] Genes. XXVII, 27.

rura nunc aureis, nunc variis, nunc luteis floribus, in quibus nescias, utrum species amplius florum, an vis odora delectet? Pascuntur oculi grato spectaculo; longe lateque odor spargitur, ejus suavitate complemur. Unde divine Dominus ait (15), *Et species agri mecum est*: cum ipso est enim quam ipse formavit. Quis enim alius artifex possit tantam rerum singularum exprimere venustatem? *Considerate lilia agri* (16), quantus sit candor in foliis, quemadmodum stipata ipsa folia ab imo ad summum videantur assurgere, ut scyphi exprimat formam, ut auri quaedam species intus effulgeat, quae tamen vallo in circuitu floris obsepta nulli pateat injuriae. Si quis hunc florem decerpat, et sua (17) solvat in folia

[15] *Psalm. XLIX, 12.*

[16] *Matth. VI, 28.*

[17] *Sua, Hic non est incorrectio.*

quae tanti est artificis manus quae possit lili speciem reformare? quis tantus imitator naturae, ut florem hunc redintegrare praesumat, cui Dominus tantum testimonium tulit, ut diceret (18), *Nec Salomon in omni gloria sua sic vestiebatur, sicut unum ex istis?* Rex opulentissimus et sapientissimus inferior judicatur, quam hujus floris pulchritudo.

Saluberrimi plantarum effectus.

4. Quid enumerem succos herbarum salubres? quid virgultorum ac fuliorum remedia? Cervus aeger ramusculus oleae mandit, et sanus fit. Locustas quoque folia oleae arsosa liberant ab aegritudine. Rubi folia superjacta serpenti, interimunt eum. Calices non tangent te, si absinthii herbam cum oleo coquas, et eo te perunxeris (19).

[18] *Matth. VI, 29. Praesumere.*

[19] *Medicamenta haec, in historia na-*

II.

DE ARBORIBUS.

(HEXAEM. III, P. 54.)

Utilitas arborum; etiam eorum qui fructus non ferunt, ut cedrus, cyparissus, laurus; farfarus, salix, buxus. Sua spiritualibus rebus, applicatio.

1. Omnia genera arborum utilia sunt, alia ad fructum nata, alia ad usum data: nam et quibus non est fructus uberior, tamen usus pretiosior est (1). Cedrus naturale á Plinio exhibentur; qui plures ejusdem generis colegit, sed magis in superstitionibus popularibus fundata, quam in sana obserbatione.

[1] Usus (earum) pretiosior est.

pendendis tectorum (2) apta culminibus, eo quod hujusmodi materies et procera sit spatiis, nec onerosa parietibus. Lacunariibus quoque comendisque fastigiis habilis est cupressus. Unde et Ecclesia dicit in Canticis (3), *Trabes domorum nostrarum cedrinae, lacunaria nostrae cupressinae*; in his esse declarans decora sui ornamenta fastigii, qui (4) quasi trabes verticem Ecclesiae sua virtute sustineant, et fastigium ejus exornent. Laurus et palma ad (5)

[2] Suspendere, seu in aliquo loco proeminente collocare.

[3] Cant. 1, 16.

[4] Relativum qui, ad ornamenta refertur, et in sensu allegorico S. Ambrosius personas designat, id est, Apostolos qui sunt Ecclesiae ornamenta.

[5] Ad, cum praecedentibus, sufficit ad mentem auctoris capiendam.

insigne victoriae. Lauro victorum capita coronantur; palma manus victricis ornatus est. Unde et Ecclesia ait (6), *Dixi: Ascendam in palmam, tenebo altitudines ejus.* Quae eminentiam videns Verbi et sperans quòd ad ejus altitudinem possit ascendere et scientiae summitatem, dicit, *Ascendam in palmam;* ut omnia inferiora relinquat, et ad superiora contendat, ad bravi-um (7) Christi, ut suaves ejus fructus carpat et gustet. Suavis enim virtutis est fructus. Populus quoque, coronis arbor umbrosa victricibus (8), et silix lenta viti-

[6] *Cantic. VII, 8.*

[7] *Bravium, ut verbum grecum, et pretium victoriae, significat*

[8] *Virg. in Georg. II, 66, Alatum vocat: Herculae arbor umbrosa coronae; quia cum foliis illius arboris victricis in certaminibus coronabantur.*

bus habilis vincendis, quid aliud mystice declarant, nisi bona esse Christi vincula, quae nocere non soleant, vincula gratiae, vincula charitatis, ut unusquisque suis vinculis gloriatur, sicut gloriabatur et Paulus, dicens (9) *Paulus vincus Jesu Christi?* Illis ligatus vinculis dicebat (10), *Quis nos separabit a charitate Christi?* vinculis abstinentiae, vinculis charitatis. His ligatus vinculis etiam David (11) ait, *In salicibus in medio ejus suspendimus organa nostra.* Buxus quoque elementorum apicibus utilis exprimendis (12), levi materia usum manus puerilis informat. Unde ait Scriptura *Scribe in buxo:* simul ut admoneat te ipsa materia, quae semper viret nec unquam fo-

[9] *Philem. I, 1.*

[10] *Rom. VIII, 35.*

[11] *Psalm. CXXXVI, 2.*

[12] *Isai. XXX, 8.*

illis exu'tur suis, ne unquam spei tuae dissimulatione (13) nuderis, sed semper tibi per fide'm germ'net spes salutis.

Infnita arborum varietas.

2. Quid ego enumerem quantavarietas arborum, quam diversus in singulis et pulch' ornatus, quam patulae fagi, quam procerae abietes, quam comantes pinus, quam umbrosae ilices, quam populi bicolores, quam nemorosa et rediviva castanea, quae simul ut excisa fuerit, tanquam silvam ex se pullulare consuevit; quemadmodum in arboribus ipsis aetas aut senilis, aut novella deprehenditur; junioribus enim exiliiores rami, antiquioribus validiora et nodosa sunt brachia: illis folia laevigata atque diffusa, istis contractiora et aspera. Sunt etiam arbores quae

[13] *Dissimulatio, obliuio.*

senili atque emortua radice successione'm sui, si forte caedantur, reparare non uerint; aliae [quibus aut iuuentus uiret, aut natura foecundior est], quibus excisio lucro potius quam detrimento sit, ut per plures sui rediviva successione renouentur haeredes.

III.

DE POLYPO ET CANCERE.

[HEXAEMERON V, P. 88-89.]

Polypi sutela; moralis applicatio.

1. Quia de astutia coepimus sermonem subtexere, qua unusquisque fratrem suum circumvenire et decipere nititur, et in no-

vas se fraudes componere (1); ut, quem vi obtinere non potest, circumscibat (2) dolo, et fuce quodam artis obducat: fraudulentum illud polypi ingenium non praeteribo, qui vadoso in littore petram nactus, affigitur (3) ei, atque ejus nebuloso ingenio colorem subit, et simili specie terga obductus, plurimos piscium, sine ulla suspicione fraudis allapsos, dum nota non praecavent, et saxum opinantur, cassibus furtivae artis includit, et sinu quodam suae carnis intercipit. Sic spontanea venit praeda, et talibus capitur argumentis (4), qualia sunt

[1] *Se componere ad...vel in...se praeparare, se disponere.*

[2] *Circumscibat, melius quam circumveniat.*

[3] *Affigitur; pro se affigit.*

[4] *Argumenta, sicut alibi, argutias, subtilitates, fictiones.*

eorum qui ingenium suum saepe commutant, et diversas nocendi artes movent, ut singulorum mentes sensusque pertentent, cum continentibus positi continentiam praedicantes, in coetu intemperantium tamquam devii ab studio castitatis et demersi intemperantiae volutabris; ut, qui eos audiunt aut vident, incauta facilitate se (5) credant; eoque sitius labuntur, dum declinare non norunt nec cavere quod noceat, cum gravior sit et magis noxia improbitas benignitatis obumbrata velamine. Et ideo cavendi sunt qui crines (6) suae fraudis et brachia longe lateque dispergunt, vel speciem induunt multiformem. Et isti enim polypi sunt nexus plurimos habentes, et callidorum ingeniorum vestigia, quibus irre-

[5] *Se (iis) credant.*

[6] *Crines, est terminum per quod polypi brachia, designantur.*

tire possint quidquid in scopulos suae fraudis inciderit.

Sutela canceris, per quam ostrearum carnes, in suam potestatem redigit; quarum carniū, multum degulator est.

2. Cancer quoque quas sibi gratia praestigias instruit! Namque et ipse ostreo delectatur, et carnis ejus epulum sibi quaerit. Sed quia, ut appetens cibi, ita prospiciens est periculi; [quoniam cum difficilis est venatio, tum periculosa: difficilis, quia testis validioribus esca interior includitur; nam velut muris quibusdam mollitiem carnis natura monivit, quam medio testarum quodam sinu concavo nutrit ac fovet, et quasi in quadam valle diffundit; et ideo cassa omnia tentamenta sunt canceri, quia aperire clausum ostreum nulla vi potest: et periculosum est si chelam ejus includat: ad argumenta confugit, et insidias novas fraude

molitur: itaque, quia omnia genera delectatione mulcentur, explorat si quando ostreum remotis in locis ab omni vento contra solis radios diptychum illud suum, aperiat et reseret claustra testarum, ut libero aëro visceris sui voluptatem quandam capiat: et tunc clanculo calculum immitens, impedit conclusionem ostrei; ac sic aperta claustra reperiens, tuto inserit chelas, visceraque interna depascitur.

Innocentiae et sinceritati exortatio, in omnibus nostris operibus.

3. Sunt ergo homines, qui canceri usu in alienae usum circumscriptionis irrepant, et infirmitatem propriae virtutis astu quodam suffuleant, fratri dolum nectant, et alterius pascantur aerumna. Tu autem propriis esto contentus, et aliena te damna non pascant. Bonus cibus est simplicitas

innocentiae. Sua Bona habens insidiari nec
 cit alienis, nec avaritiae facibus inarpes
 cit, cui luerum omne ad virtutem dispen-
 dium est (7) ad cupiditatem incendium. Et
 ideo beata est, si bona sua noverit, cum
 veritate paupertas, et omnibus praefe-
 renda thesauris; quia melius est exiguum
 datum cum Dei timore, quam thesauri
 magni sine eo timore. Quantum [8] est
 enim quod hominem alat? aut si quaeris
 quod etiam aliis abundet ad gratiam, id
 quoque non multum est. Melior enim
 est hospitalitas in oleribus cum gratia,
 quam vitulorum pinguium praeparatio cum

[7] *Allusio cujusdam Virg. versiculi:*

O fortunatos nimium, sua si bona norint,
 Agricola:

[8] *Pro quantum.*

discordia. Utamur ergo ingenio ad quae-
 rendam gratiam et salutem tuendam, non
 ad alienam circumscribendam innocentiam.
 Licet nobis uti exemplis maritimis ad pro-
 fectum nostrae salutis, non ad alienae pe-
 riculum.

IV.

DE ANIMALIUM MATRIBUS.

(HEXAEMERON VI, P. 117-124.)

*Animalia versus terram omnia pronata sunt.
 Homo solus est erectus, fert caput le-
 vatum. Obligationes quas de praeerogativa
 ista promanant.*

1. Vis ad usum hominis derivare quae

innocentiae. Sua Bona habens insidiari nec
 cit alienis, nec avaritiae facibus inarpes
 cit, cui luerum omne ad virtutem dispen-
 dium est (7) ad cupiditatem incendium. Et
 ideo beata est, si bona sua noverit, cum
 veritate paupertas, et omnibus praefe-
 renda thesauris; quia melius est exiguum
 datum cum Dei timore, quam thesauri
 magni sine eo timore. Quantum [8] est
 enim quod hominem alat? aut si quaeris
 quod etiam aliis abundet ad gratiam, id
 quoque non multum est. Melior enim
 est hospitalitas in oleribus cum gratia,
 quam vitulorum pinguium praeparatio cum

[7] *Allusio cujusdam Virg. versiculi:*

O fortunatos nimium, sua si bona norint,
 Agricola:

[8] *Pro quantum.*

discordia. Utamur ergo ingenio ad quae-
 rendam gratiam et salutem tuendam, non
 ad alienam circumscribendam innocentiam.
 Licet nobis uti exemplis maritimis ad pro-
 fectum nostrae salutis, non ad alienae pe-
 riculum.

IV.

DE ANIMALIUM MATRIBUS.

(HEXAEMERON VI, P. 117-124.)

*Animalia versus terram omnia pronata sunt.
 Homo solus est erectus, fert caput leva-
 tum. Obligationes quas de praeerogativa
 ista promanant.*

1. Vis ad usum hominis derivare quae

genita sunt? Noli veritatem unicuique generi naturae propriae [1] denegare, et multo magis ea ad gratiam aptabis humanam. Primum quia omnia genera pecorum, bestiarum ac piscium in alvum naturae prostravit [2]; ut alia ventre repant; alia quae pedibus sustentur, demersa magis quadrupedi corporis gressu, et velut affixa terris videas esse quam livera [siquidem cum erigendi se non nabeant facultatem, de terra victum requirunt, et ventris, in quem deflectuntur, solas sequuntur voluptates]: cave, o homo, pecudum more curvari; cave ne in alvum te, non tam corpore quam cupiditate, deflectas. Respice

[1] Veritatem naturae propriae, sensus est, eorum quae natura unicuique creaturae tribuit.

[2] Vel ut Sallustius ait: pecora natura prona finxit.

corporis tui formam, et speciem congruentem celsi vigoris assume. Sine sola animalia prona pascantur. Cur te in edendo sternis ipse, quem natura non stravit? Cur eo delectaris in quo naturae injuria est? Cur noctes et dies cibo intentus, pecorum more terrena depasceris? Cur illecebris corporalibus deditus, ipsum te inhonoras (3), dum ventri atque ejus passionibus deservis? Cur intellectum tibi adimis, quem tibi Creator attribuit? Cur te jumentis comparas, a quibus te voluit Deus segregari, dicens (4), *Nolite fieri sicut equus et mulus, quibus non est intellectus*? Aut, si te edacitas equi intemperantiaque delactat, delectet in freno maxillas tuas camoque cons-

[3] Inhonoratum, non est de tempore Augusti, sed in usum venit, versus finem saeculi.

[4] Psalm. XXXI, 9.

tringi. Si crudelitas te pascit (5), ferorum hæc rabies est, quæ propter saevitiam trucidantur; vide ne in te quoque crudelitatis tuæ vertatur immanitas.

ASINUS.

2. Piger asinus, et expositus ad prædam (6), sensuque tardior, quid aliud docet, nisi nos vivaciores esse debere, nec desidiam corporis animique pigrescere, (sed) confugere ad fidem, quæ onera gravia allevare consueverit?

VULPES.

3. Fraudulenta vulpes foveis se latibulisque demergens, nonne indicio est iu-

[5] Pascit, *synonymum de delectat.*

[6] *Agmina oquorum magna, sunt in Africæ silvis, esca leonum, pantherarum. &c.*

fructuosum esse animal, odieque dignum propter rapinam, despectu propter infirmitatem, et ideo suæ incautum salutis (7), dum insidiatur alienæ?

Perdix. Sutelæ illius inutiles factæ sunt, propter matris clamorem: sic sutelæ Diaboli, per D. N. J. Christi vocem, inutiles sunt.

4. Perdicem astutam (novimus), quæ aliena ova diripiat, hoc est perdicis alterius, et corpore foveat suo: sed fraudis suæ fructum habere non posse; quia cum aduxerit pullos suos, amitit eos; quia ubi vocem ejus audierint quæ ova generavit, relicta ea, ad illam se naturali quodam munere et amore conferunt, quam veram sibi

[7] *Suæ salutis incautum, in eo, quod propter suas depredationes, in hominum destructionem, insidiatur.*

matrem ovorum generatione cognoverint; significantes hanc nutrices fungi officio, illam parentis. Itaque icassum proprius fundit (8) labores, ac fraudis suae pretio mulctatur. Unde et Hieremias (9) ait, *Clamavit perdix, et congregavit quae non peperit*, id est, ova congregavit, et clamavit quasi ovans suae fraudis effecto. Sed ludit oseram quia impensu laboore alii educit, quos ipsa diuturnae fetu sedulitatis animaverit. Hujus imitator est diabolus, qui generationes Creatoris aeterni raperi contendit; et si quos insipientes et sensus proprii carentes vigore potuerit congregare, fovens eos illecebris corporalibus, ubi primum vox Christi parvulis fuerit infusa, discedunt atque ad eam se conferunt matrem, quae pullos suos sicut avis materno amore

[8] *Pro effundit.*

[9] Jerem. XVII, 11.

complectitur (10) Congregavit enim diabolus gentiles, quos non creaverat; sed ubi in Evangelio suo vocem Christus emisit, ad eum se potissimum contulerant, quos sub umbra alarum suarum ipse suscepit, et matri dedit Ecclesiae nutriendos.

LEO.

5. Leo naturae suae superbus ferocia, aliarum ferarum generibus miscere se nescit: sed quasi rex quidam plurimorum dedignatur consortium. Qui etiam cibum fastidit hesternum, et ipsas suae escae reliquias aversatur. Quae autem se ei sociare fera audeat? cujus vocitatus naturaliter inest terror, ut multa animantium, quae per celeritatem possent impetum ejus evadere, rugientis ejus sonitu velut quadam vi attonita atque icta deficiant.

[10] Matth. XXIII, 37.

PANTHERA.

6 Nam de perdi specie nec Scriptura siluit quod varietati coloris motus varios animae suae prodat. Dicit enim Hieremias (11), *Si mutabit Æthiops pellem suam, et*

[11] Jerem. XIII, 23. De hoc vide quod Plinius ait: "*Pantera et tigris macularum varietate proprie solae bestiarum spectantur: ceteris unus ac suus cujusque generis color est. Pantheris in candido breves macularum oculi... Sunt qui tradant in armo iis similem lunae esse maculam, crescentem in orbem, et cavantem pari modo cornua. Nunc varias, et pardos qui mares sunt, appellant in eo omni genere, creberri- mo in Africa Siriaque. Quidam ab iis pantheras candore solo discernunt: nec adhuc aliam differentiam inveni*" (Hist. Nat. VIII, ch. 23.

pardus varietatem suam. Non solum enim de figura, sed etiam de mobilitate furoris istud accipitur; eo quod tenebrosis et inquietis ac mobilibus infidæ mentis atque animi mutationibus de coloratus populus Judæorum boni propositi gratiam jam tenere non possit, nec ad emendationem ullam correctionemque remeare, qui semel ferinam induerit immanitatem.

Si animalia loquerentur, non de vitiis suis nos docerent; scriptura enim, nos admonet de sua imitatione. Exemplum formicæ. Teterrima ipsius industriae descriptio.

7. Est tamen etiam in natuæ quadrupedum, quod imitare nos sermo adhortetur propheticos, quo exemplo (12) caveamus

[12] Quo exemplo, in sensu de quorum, (pro ut eorum) exemplo; idem, quo metu,

desidiam, et chiguitate vel infirmitate corporis a virtutis studio non reflectamur, neque revocemur (13) ab ullius propositi magnitudini. Exigua est enim formica, quae majora suis audet viribus; neque servitio ad operandum cogitur, sed spontaneae proposito prospicientiae futura alimentorum subsidia sibi praestruit. Cujus ut imiteris industriam, Scriptura commonet te, dicens (14), *Confer te ad formicam, o piger, te aemulare vias ejus, et esto illa sapientior*. Illa enim nullam culturam possidens, neque eum qui se cogat habens, neque sub domino agens, quemadmodum praeparat escam? quae de tuis laboribus sibi messem recondit; et cum tu plerumque

qua spe ut frequenter dicitur, quarum rerum metu, spe.

[13] Pro avertamur.

[14] Prover. VI, 6.

ageas, illa non indiget. Nulla sunt ei clausa horrea, nullae impenetrabiles custodiae, nulli inviolabiles acerbi. Spectat custos, furtaque prohibere non audet; aspicit sua damna pessor, nec vindicat: nigro convectatur agmini praeda per campos, fervent semitae comitatu viantium, et quae comprehendit angusto ore non possunt, humeris grandia frumenta trudentur. Spectat haec dominus messis, et erubescit tam parca piae industriae negare compendia,

Canis, fidelitatis gratitudinisque modelum.

8. Quid autem de canibus loquar. quibus insitum est natura quadam referrem gratiam, et sollicitas excubias pro dominorum salute praetendere (15)? Unde ad immenores beneficii, et desides atque ig-

[15] Praetendere, *metaphora de scuto.*

navos, clamat Scriptura (16): *Canes muti nescientes latrare*. Sunt ergo canes qui noverint latrare pro dominis, noverint sua tecta defendere. Unde et tu discere vocem tuam exercere pro Christo, quando ovile Ecclesiae incursant lupi graves. Discere in ore tuo verbum tenere (17); ne quasi mutus canis comissam tibi fidei custodiam quodam praevaricationis silentio diseruisse videaris. Talis canis viator et comes angeli est, quem Raphael in libro prophetico non otiosi sibi et Tobiae filio adjungendum putavit, quando perrexit, ut Asmodaeum fugaret, firmaret copulam conjugalem (18), Memoris enim affectus gratiâ pellitur daemonium, stabilitur conjugium. Mutae itaque specie bestiae sanctus Raphael ange-

[16] Isaï. LVI, 10.

[17] Pro habere.

[18] Vide lib. Tob, VI. XI.

lus Tobiae juvenis, quem tuendum receperat, ad relationem gratiae erudiebat affectum. Quis enim non erubescat gratiam bene de se non merentibus non referre, cum videat etiam bestias refugere crimen ingrati? et illae impertitae alimoniae servant memoriam, tu non servas salutis acceptae.

URSA.

9. *Ursa insidians* licet, ut Scriptura (19) ait (est enim plena fraudis fera), tamen fertur informes utero partus edere, sed natos lingua fingere atque in speciem sui similitudinemque formare. Non miraris in fera tam pia oris officia, cujus naturam pietas exprimit? Ursa igitur partus suos ad sui effingit similitudinem, tu filios tuos instituere similes (20) tui non potest?

[19] Threnor. III, 10.

[20] *Id est, ita instituere, ut fiant similes.*

Animalia, de suis infirmitatibus mederi sibi novent.

10. Quid quod etiam medendi industriam non praetermisit? siquidem gravi affecta caede, et consauciata vulneribus, mederi sibi novit, herbae cui nomen est ut Graeci appellant (21), ulcera subjiciens sua, ut solo curentur attactu. Serpens quoque pasta foeniculi caecitatem repellit exceptam. Itaque ubi oculos obduci sibi senserit, nota remedia petit, nec fraudatur effectu. Testudo visceribus pasta serpentis, cum venenum adverterit (22) sibi serpere,

[21] *Nomen latinum hujus herbae est, verbatum.*

[22] *Pro anima adverterit. Serpere se, dicitur de eo quod, figurate, vel incinuatur, vel refertur, vel manifestatur, aliquo modo obtenebratum.*

origano medicinam suae salutis exercet: et cum sit volutabris palustribus mersa, curare se tamen proprio novit antidoto, certoque auxilio sanitatis potestatis herbarum etiam ipse scire se comprobat. Videas etiam vulpem lacrimula pinus medentem sibi, et tali remedio imminentis mortis spatia proferentem.

Animalia quaedam, scientiam pronosticandi stationes et temporaneum, habent.

11. Clamat ipse Dominus in Hieremiae libro (23), *Turtur et hirundo, agri passerces custodierunt tempora nidi sui* [24]: *populus autem meus non cognovit judicia Domini.* Novit hirundo quando veniat, quando etiam

[23] *Jerem. VIII, 7.*

[24] *Tempora nidi sui, id est, querendi nidum suum, et ad eum redendi. Vulgata fert, tempus adventus sui.*

revertatur. Novit etiam pia avis (25) annuntiare adventus sui testimonio veris indicium. Novit etiam formica explorare serenitatis tempora; nam cum adverterit madidatos (26) imbre fructus suos humescere, explorato diligentius aere, quando juguem possit servare temperiem, acervos recerat suos, et de cavernis foras suis humeris exportat, ut jugui sole propria frumenta siccentur. Denique haudquaquam illis diebus omnibus rumpi de nubibus imbres videris, nisi cum fruges suas horreis

[25] Pia avis, Cicogna sic appellatur, propter dilectionis curam, quam cicognac novae, cicognis vetustis faciunt, et de quibus D. Ambrosius in sua homilia de avibus, mentionem facit. cap. 55.

[26] Medidare, verbum noviter usitatum.

propriis formica revocaverit (27). Boves impendente pluvia ab praesepia se tenere noverunt. Iidem ubi naturali sensu mutationem coeli collegerint (28), foras spectant, et ultra praesepia corvices extendunt suas una omnes specie, ut prodire se velle testentur. Ovis sub adventu hiemis inexplibilis ad escam, insatiabiliter herbam rapit, eo quod praesentiat asperitate hiemis defuturam; ut se prius herbae pabulo faciat, quam gelu adurente (29) omnis herba

[27] Revocare, in sensu de ferre horreis, est dativ. pro in horrea.

[28] Colligere, concludere in intellectu, querere id, quod de pluribus ideis provenit, vel de pluribus donis conjunctis. Quum mutationem collegerint. Quod concludent [de impressionibus in se reseptis] quod temporaneum novum futurum erit.

[29] Adurere, et urere, geli effectibus

deficiat. Echinus iste terrenus, quem vulgo ericium vocant, si quid insidiarum præsenserit, spinus suis clauditur, atque in sese arma colligit (30), ut quicumque eum contingendum putaverit, vulneretur. Idemque echinus futuri providens geminas sibi respirandi vias (31) munit; ut quando Boream flaturum collegerit, septentrionalem obstruat: quando Noto cognoverit detergi

applicantur, principaliter dum de herbis loquitur, quarum folia cadunt, sicut et illae quae per solis ardorem extinguuntur.

[30] *Virg. verba, Encid. X, 412, XII, 491.*

[31] *Respirandi viae, periphrasis de spiracula, sepor.*

aeres nuvila (32), ad septentrionalem se conferat, ut flatus declinet obios et e regione nocturos.

Animalium instinctum; infalibilis aliquoties, magis quam scientia humana.

12. Unde dignam Domino laudem Propheta detulit, dicens (33), *Quam magnificata sunt opera tua, Domine! Omnia in sapientia fecisti. Omnia penetrat divina sapientia, implet omnia: idque locupletius ex irrationabilium sensibus, quam ex rationabilium disputatione colligitur. Vali-*

[32] *Horatii exprolio Od. 1, 7, ver. 15:*

*Albus ut obscuro deterget nuvilia coelo
Saepe Notus, neque parturit imbres
Perpetuo.*

[33] *Psalm, CIII, 24.*

dius est enim naturae testimonium, quam doctrinae argumentum (34). Cui animanti incognitum est quemadmodum suam tueatur salutem: si virtus suppetit, resistendo; si velocitas, fugiendo; si astutia, praecavendo? Quis eas usum medendi herbarumque docuit habere notitiam? Homines sumus, et saepe specie herbarum fallimur, et plerumque, quas salubres putamus, noxias reperimus. Quoties inter dulces epulas cibus letalis irrepsit, et inter ipsas aulicorum excubias ministrorum, vitalia regum feralis esca penetravit? Ferae solo norunt odore nexia et profutura discernere: nullo praevio, nullo praegustatore carpitur herba, nec laedit.

[34] *Ratiocini operatio.*

*Natura, veritatis magistra est, magis quam
scolam scientiae; vigor maternalis amoris,
in animalibus. Ille detinet tigris furorem.
Particularitates ad hunc finem.*

13. Melior enim magistra veritatis natura est. Haec sine ullius magisterio suavitatem sanitatis nostris infundit sensibus; eadem doloris acerbitatem docet esse fugiendam. Hinc vita dulcior, hinc mors amarior. Haec commendat leaenae catulos suos, et immitem feram materno mollit affectu. Haec tigridis interpellat ferocitatem, et imminentem eam praedae reflectit. Namque ubi vacuum raptae sobolis cubile reperit, illico vestigiis raptoris insistit. At ille quanvis equo vectus fugaci, videns tamen velocitate ferae se posse praeverti, nec evadendi ullum suppetere sibi posse

subsidium, technam (35) hujusmodi fraude molitur. Ubi se contiguum viderit sphaeram de vitro proiecit: at illa imagine sui luditur, et sobolem putat, revocat (36) impetum, colligere foetum desiderans. Rursus inani specie retenta, totis se ad comprehendendum equitem viribus fundit (37), et iracundiae stimulo velocior fugienti imminet. Ille iterum sphaerae objectu sequentem retardat; nec tamen sedulitatem matris memoria fraudis excludit: cassam versat imaginem, et quasi lactatura foetus residet. Sic pietatis suae studio decepta, et vindictam amittit et sobolem.

[35] *Techna verbum grecum, artificium, astutiam, significat.*

[36] *Revocat impetum, id est, refrinare animi vehementiam.*

[37] *Se fundere, exprobratio poetica.*

In animalibus non sunt, nec inhumanitas, nec abdicatio, nec pationes injustae, earum quae hominibus patris et matris obligationes violare faciunt.

14. Quo nobis Scripturae avertit, quae dicit (38), *Filii, diligite patres vestros: parentes, nolite ad iracundiam provocare filios vestros*; natura hoc bestiis infundit, ut catulos proprios ament, foetus suos diligant. Nesciunt illae odia novercalia, neque noverunt parentes praeferre filios posterioris copulae, superioris autem negligere. Norunt pignora (39) sua, nesciunt charitatis differentiam, odiorum inventiva, offensivorum discrimina. Simplex ferarum natura est, nescit veritatis calumnias. Sic enim omnia temperavit Deus, ut quibus minus

[38] *Coloss. III, 20.*

[39] *Pignora, poetice; filios.*

rationis daret, plus indulgeret affectûs. Quae fera procatulis suis non ipsa potissimum se offerat morti? quae fera foetus suos, inumeris licet obsessa cum eis armatorum, cum suis visceribus tegat? Ingruat licet telorum ceges, illa tamen parvulos suos muro sui corporis septos immunes praestat periculi. Quid dicit homo qui mandatam negligit, naturam oblituerat. Filius patrem despicit, pater abdicat filium; et hoc putant jus esse, ubi damnatur foecunditas: se potius pater damnat, qui facit irritum esse quod genuit. Et hoc putatur auctoritatis esse (40), ubi sterilitatis natura mulctatur.

[40] Auctoritatis esse, auctoritatis paternalis attributio est. Mulctatur sterilitatis, pro afficitur, mulctatum sterilitatis, poenam sterilitatis substinere. Melior esset his terminis. Et in hoc esse putetur auctoritas, quod natura mulctatur sterilitatis. Hoc ver-

Instinctum admirabile canis. Quaequumque didicerit, cum syllogismi operationes cognovisse demonstrant.

15. Exortem rationis canem esse nemo dubitaverit; tamen si sensus ejus vigorem consideres, censes eum sentiendi sagacitate vim sibi rationis adsciscere. Denique quod pauci in gymnasiis (42) constituti,

tere debet, naturae fecunditatem in sterilitatem.

[42] Philosophi scolas suas in publicis gymnasiis habebant. Multa secula ante, ait Cicero: gymnasia inventa sunt, quam in his, philosophi garrire coeperunt. De eo quod ad designandam philosophiae scolam, utebatur verbum gymnasium. Cicero ait: Clamabunt omnia gymnasia, atque omnes philosophorum scolae, sua haec esse propria.

qui totam in discendo vitae longaevitatem contriberint, vix potuerunt cognoscere, ut syllogismorum conjunctiones contexerent, hoc naturali canis (43) eruditione comprehendere, facile poterit aestimari. Nam ubi vestigium leporis cervive repererit, atque ad diverticulum semitae venerit et quoddam viarum compitum, quod partes in plurimas scinditur; obiens singularum semitarum exordia, tacitus secum ipse pertrahat, velut syllogisticam vocem (44) sagacitate colligendi odoris emittens: Aut in hanc partem, inquit, deflexit, aut in illam; aut certe in hunc se anfractum contulit: sed nec istam, nec illam ingressus est viam: superest igitur ut in istam se partem sine

[43] *Canis et non canem, propter passionem aestimari.*

[44] *Syllogisticam vocem, sermo, seu phrasis quae syllogismum facit.*

dubitatione contulerit. Quod homines vix prolixa compositae (45) artis meditatione componunt, hoc canibus ex natura appetit; ut autem mendacium deprehendant, ea postea falsitate repudiata inveniendae veritatem. Nonne totos dies conterunt philosophi, propositiones sibi in pulvere (46) dividentes? qui radio sibi describunt singulas, et ex tribus cum unam earum veram esse necesse sit, duas primo interficiunt tanquam mendacio congruentes, et sic in ea

[45] *Complicatum, quidam philosophus, plures syllogismi species, designabat.*

[46] *Scribebantur in arena olim; [sicut odiernus die in tabulario nigro] figurae geometricae, necessariae ad solutiones obtinendas in multis numeris contentae. Philosophi enim antiqui, demonstrationis figuratae, maximum usum faciebant, quam cum qui hodie fictum est.*

quae relicta est, vim veritatis inhaerere definiunt.

Canis cognitio, et ejus affectuosa fidelitas.

16. Quis tam tenax potest esse beneficii, et memor gratiae? quandoquidem pro domino etiam in latrones insilire noverunt, et extraneorum accessus prohibere nocturnos, et mori pro dominis sint parati. Saepe etiam necis illatae evidentia canes ad redarguendos reos indicia prodiderunt, ut muto eorum testimonio plerumque sit creditum.

In Antiochia, quidam canis, cum qui domino suo, necesse intulerot, ostendit, expugnatque. Nos autem de injuris quas alii homines Deum inferunt, simulationem facimus.

17. Antiochiae ferunt in remotiori par-

te urbis crepusculu necatum virum, qui canem sibi adjunctum haberet. Miles quidam praedanti studio minister caedis exstiterat: tectus idem tenebroso adhuc die exordio, in alias partes concesserat: jacebat inhumatum cadaver; frequens spectantium vulgus astabat; canis questu lacrimabili domini deflebat aerumnam. Forte is qui necem intulerat, ut se habet versutia humani ingenii, quo versandi in medio auctoritate praesumpta (47) fidem adscisceret innocentiae, ad illam circumspectantis populi accessit coronam, et velut miserans appropinquavit ad funus (48). Tum canis, sequestrato (49) paulisper questu doloris,

[47] *Melius dicitur sumpta, seu sibi sumpta. Auctoritatem sumo alicujus rei, mihi potestatem sumo, jus faciendi, audacter facio hoc....*

[48] *Funus, etiam cadaver significat.*

[49] *Verbum sequestrare, non fuit in*
Tom. II. 4.

arma ultionis assumpsit, atque apprehensum tenuit et velut epilogo (50) quodam miserabile carmen immurmurans, universos convertit in fidem (51); probationem detulit, quod solum tenuit ex plurimis, nec dimissit. Denique perturbatus ille, quod tam manifestum rei indicem neque odii, neque inimicitiarum, neque invidiae, aut injuriae alicujus poterat objectione evacuare (52), crimen diutius nequivit refellere. Itaque (quod erat difficilius) ultionem per-

latinitate, nisi usque ad tertium seculum.

[50] Epilogo, id est, querela: eo quod oratores, querelas maxime in epilogo et fine orationis adhibeant, ut iudices flectant ad misericordiam. *Benedictinorum annotatio.*

[51] In fidem, scilicet ipsi abendam, faciebat, ut ei assensum praeberent.

[52] Evacuo, anulare, destruere, est locutio christiana.

secutus est (53), quia defensionem praestare non potuit. Quid nos dignum nostro referimus Creatori, cujus cibo vescimur, et dissimulamus injurias, et saepe inimicis Dei eas quas a Deo accepimus, epulas exhibemus (54)?

Alii instincti, animalium proprii.

18. Habet suos usus natura, et sensus domesticos, Vix infantulo coeperant dentes prorumpere, et jam novit sua arma tentare. Nondum catulo dentes (55), et tanquam habeat, ore proprio se quaerit ulcisci: nondum cervo cornua, et tamen fronte

[53] Persecutus est, scilicet canis qui ut subjectum principale ponitur ab autore.

[54] Hic incipit narratio Agni, quam alibi videlicet.

[55] Supple sunt.

praeludit (56), atque ea quae nondum expertus sit, tela minuitur. Lupus si prior hominem viderit, vocem eripit, et despicit eum tanquam victor vocis habilitatae. Idem si se praevisum senserit, deponit ferociam non potest currere. Leo gallum et maxime album veretur. Caprea vulnerata dictamnum petit, et de vulnere excludit (57) sagittas. Norunt et bestiae remedia sua. Leo aeger simiam quaerit, ut devoret, quo possit sanari. Leopardus capreae agrestis sanguinem bibit, et vim languoris evitat. Omnis fera aegra canis hausto curatur sanguine. Ursus aeger formicas devorat. Cervus oleae ramusculos mandit.

[56] Praeclusio seu Prolusio, dicitur de notionibus quae praecedunt, ut exercitatio ad actum serium. Ea quae nondum expertus sit, vel subjunt. pro exprimere, quambis ea nondum expertus sit.

[57] Excludere, facere, exire aliquid.

De lupi instincto, quod in certamine cabendum est. Cum lupus (Demon) in te insurrexerit, accipe petram, (illa in qua Christus ecclesiam suam fundavit,) et ille fugiet.

19. Ergo ferae norunt expetere ea quae sibi prosint; tu ignoras, o homo, remedia tua! Tu nescis quomodo virtutem eripias adversario, ut te, tanquam praevisus lupus, effugere non possit, ut oculo tuae mentis ejus perfidiam deprehendas, et prior cursum verborum ejus impedias, impudentiam ejus et acumen disputationis obtundas. Quodsi te ille praevenerit, vocem tibi aufert: et si obmutueris, solvi amictum tuum (58), ut sermonem resolves. Et si

[58] *Allusio ad Eccechiam XXIV, 17 et 22. Ora amictum non velabitis.*

in te insurrexerit lupus, petram cape, et fugit. Petra tua Christus est. Si ad Christum confugias, fugit lupus, nec terrere te poterit. Hanc petram quaesivit Petrus, cum titubaret in fluctibus (59), et invenit; quia dexteram amplexus est Christi.

Turturcula ipsa, in fugam lupum ponit.

20. Quantam Dominus etiam minusculis infudit prudentiam! Turtur nido suo, ne pullos suos incurset lupus, squillae (60) folia superjacet. Novit enim quod hujusmodi folia lupi fugere consueverint. Novit avicula quomodo posteritatem foveat suam: et tu ignoras, tu negligis quomodo adversum lupos nequitiae spiritibus (61) posteritatem vitae hujus habeas tutiorem?

[59] Vide. Matth. XIV, 24, et seq.

[60] Seu scilla; scilla marina, planta quae in silvis seu plogis arenacis crescit.

[61] Ephes VI. 12.

V.

ELEPHANTUS.

(HEXAEMERON VI, P. 124-125.)

Ea quae elephantem, ab aliis animalibus distinguunt: promulscis, inflexibilitas, genua. Innitens in arborem, dormit.

1. Elephanteus prominentem promulscidem habet, quia, cum sit eminentior cunctis (1), se inclinare ad pascendum non potest. Itaque ejus ad colligendum cibum utitur ministerio. Ea immani bestiae largi patus infundit humorem; ideoque concava est, quo ad restinguendam tantae be-

[1] Cunctis [animalibus.]

in te insurrexerit lupus, petram cape, et fugit. Petra tua Christus est. Si ad Christum confugias, fugit lupus, nec terrere te poterit. Hanc petram quaesivit Petrus, cum titubaret in fluctibus (59), et invenit; quia dexteram amplexus est Christi.

Turturcula ipsa, in fugam lupum ponit.

20. Quantam Dominus etiam minusculis infudit prudentiam! Turtur nido suo, ne pullos suos incurset lupus, squillae (60) folia superjacet. Novit enim quod hujusmodi folia lupi fugere consueverint. Novit avicula quomodo posteritatem foveat suam: et tu ignoras, tu negligis quomodo adversum lupos nequitiae spiritibus (61) posteritatem vitae hujus habeas tutiorem?

[59] Vide. Matth. XIV, 24, et seq.

[60] Seu scilla; scilla marina, planta quae in silvis seu plogis arenacis crescit.

[61] Ephes VI. 12.

V.

ELEPHANTUS.

(HEXAEMERON VI, P. 124-125.)

Ea quae elephantem, ab aliis animalibus distinguunt: promulscis, inflexibilitas, genua. Innitens in arborem, dormit.

1. Elephanteus prominentem promulscidem habet, quia, cum sit eminentior cunctis (1), se inclinare ad pascendum non potest. Itaque ejus ad colligendum cibum utitur ministerio. Ea immani bestiae largi patus infundit humorem; ideoque concava est, quo ad restinguendam tantae be-

[1] Cunctis [animalibus.]

lluae sitim plenos lacus hauriat, aut collecto flumine possit inundare potantem. Cervix sane minor est quam poscat tanti corporis moles; ne ea quoque oneri magis esset quam usui. Ideoque nec genua inflectit, quia rigidioribus opus fuit cruribus, quo velut columnis tanta possit membrorum machinan sustinere. Calcaneum leviter incurvat; rigent cetera pedum a summo usque ad imum (2). Nec, sicut in aneylas (3) nos saepe deponimus, ita se etiam bestia potest tanta deflectere; meritoque non volvendi se neque curvandi usum cum ceteris animantibus potest habere communem. Fulcitur (4) hinc inde trabibus maxi-

[2] *Elephantus enim genua non habet.*

[3] *Ancylae, verbum grecum, de curbus derivabatur, unde etiam angulus derivatur, curbamen brachii, codus.*

[4] *Fulcitur, in medii significatione, Solidatur.*

mis, ut in somno aliquantulum sine periculo reflectatur; quia pes ejus nulla artuum conjunctione distinguitur. Mansuetis igitur, veluti quaedam fulera, eorum, quibus hic usus (5) est, parantur ingenio: feris autem et agrastibus, quia nemo hujusmodi, quibus sustentari queant, fulera substernit, hinc venit usus periculi.

Illud est medium ad eum capiendum. Si propter ebur insidias ei pares.

2. Namque arbori innixi aut costas fricant, aut in somno sese relaxant quæ nonnunquam victa atque inflexa tanto corpore frangitur: ille vero, qui sese in eandem re-

[5] *Hic usus, scilicet, usus elephantorum, qui de eis deserviunt. In fine autem cap. dicitur: vis venit usus periculi: idem est ac, experiuntur periculum.*

fuderat (6), corrui, nec erigere atque elevare se potest; ibique jacens interit aut gemitu suo proditus sternitur, dum ventre ceterisque juxtà mollioribus (7) ad vulnus patet. Nam dorsum ejus ceteraque exteriora non ulla facile solent tela penetrare. Sunt autem qui propter ebur has illis in-

[6] Fundere membra in herbam, pro-
jicere sua membra in herbam. S. Ambrosius
dicere non poterat: sese in arborem fuderat,
Elephantus non est in arborem nisi propin-
cus, refusus, reclinatus.

[7] Mollioribus, sustantivi locum habet,
vide, adverbum justa, potest esse sic, ceteris
et mollioribus, quod hoc modo augmentum
habet, vel pro adjectivo, vel pro quae justa
sunt: sic in Tito-Livio, omnes circa populi:
omnes populi circumvecini. Terencius ait:
heri semper lenitas: constans dulcedo alicu-
jus.

sidias parent; ut arbores eas, quibus se applicare consueverint, ex alia parte, qua infrequentior usus (8) ei sit, aliquantulum recidant, ut, reflectente se elephanto, pondus membrorum ejus sustinere non possit, ruinamque ejus arcessat.

S Ambrosii argumentationes, adversus eos,
qui de hac naturale in elephante, conformitate criticem faciunt. Quae de hoc animale homines deportantur, maxime ad be-
landum valent.

3. Sed si quis ista reprehendit, reprehendat etiam altitudines aedificiorum; quia sitius gravem minantur ruinam, et difficilius lapsa reparantur. Verum si illa aut propter pulchritudinem, aut propter speculam frequenter attollimus; haec quoque in ele-

[8] Usus, scilicet se applicandi.

phantis probare debemus, quia magnum rebus bellicis usum ministrant. Indi gens Persarum (9) ferox bellis, valida sagittis omnique telorum jactu, quia de superioribus ad inferiora validiore nisu tela torquentur, acies eorum (10) velut gradientibus turribus septa procedit. In mediis campis tanquam de muro dimicant; et velut in arce quadam et specula collocati, spectant magis bella quam subeunt. Ita alieni a periculo videntur, tuti molibus bestiarum. Quis enim eas adire audeat, cum desuper jaculis facile figatur, inferius elephantorū coneratur incursu? Denique cedunt illis acies et armatorum cunei, et castra illa quadrata (11) solvuntur. Intolerabili nam-

[9] Gens Persarum, Parthi.

[10] Diversa constructio quae alibi imbenitur, notetur. Inde gens Persarum, quod minuitur per incidentes phrases sequentes.

[11] Famossa (illa) castra quadrata.

que impetum in hostes ruunt; ut nullo agmine bellatorum, nulla constipatione militum, nullo clypeorum retardentur obiectu: velut quidam mobiles montes versantur in proeliis, et ut colles alto eminent vertice, mugitus fragore omnium perturbant confidentiam. Quid his faciat pedes, quamvis lacertis validus et manu promptus, cum sibi septus armatorum populis gradienti munus occurrat? Quid faciat eques, cum equus ejus perterrefactus tantae bestiae immanitate diffugiat? Quid faciat sagittarius, cum desuper ferrata virorum corpo-

Interesset nobis legere, quod dictum fuit, tam in antiquitate, quam in media aetate, de Elephantorū utilitate in bello, quod imbenitur in optimo operi coroneli Armandi [Paris 1843] Tactica bona docet, hoc exemplum esse analogum, cum eo quod artificialiter, diebus nostris operatur.

ra jaculi ictum sentire non possint; bestia quoque nec nuda facile penetrabilis ferro sit, et munita loriceis, obvias sine sui periculo acies seceat, et conterat turmas?

Aetas incredibile ad quam elephantus pervenire possit; quod de sua particolare constructione provenit.

4. Itaque ut immensa aedificia, ita elephanti fundamentis validioribus sustinentur: alioquin imparibus (12) fulti pedibus, intra brevem laberentur aetatem. Nunc autem et trecentis et amplius feruntur annis (13) vitam producere; quia omnia sibi ad magnitudinem membra conveniunt. Ideo-

[12] Imparibus, scilicet, tanto oneri sustinendo.

[13] Aliqui antiqui auctores idem asserunt, de 500 annis. Buffon asserit, Elephantum saltem 200 annos, viviturum erit.

que non distincti, ut nobis, sed compacti artus sunt, quo sint robustiores. Quam cito hominibus, si diu steterint, aut velocius cucurrerint, vel jugiter ambulaverint, genua vexantur et plantae! Conjuncta enim et articalata facilius quam concreta atque solidata aut doloris sensum, aut casum offensionis admittunt.

De dentibus, suaque promulscide.

5. Et quid miraris, si vestiti armis timentur; quandoquidem dentibus suis tanquam naturalibus spiculis semper armati sunt? Promulscide sua quidquid involverint, frangunt; pede vero quidquid compresserint, velut quodam lapsu ruinae iogentis exanimant. Involvunt promulscide nemora ad sui escam, et quasi quidam altissimi dracones, serpentinis, quos ceperint, spiris flagellant. Plerumque eas in orbem colli-

gunt, maxime cùm de terra cibus legitur, aut potus hauritur. Documento itaque nobis sunt, quod nihil superfluum sit creatum; et tamen haec tantae molis bestia, subiecta nobis, imperiis servit humanis.

VI.

MARE.

HEXAEMERON III, P. 41-42.

Maris polchritudo, quam Deus sic disposuit ut per decorem creaturae in creatorem ipsum pervenire valeamus.

1. Vidit Deus quia bonum mare (1).

[1] Genes, 1, 10.

Etsi pulchra sit species hujus elementi, vel cum surgentibus albescit cumulis ac verticibus undarum, et cautes nivea rorant aspergine, vel cùm aequore crispanti, elementioribus auris, et blando (2) serenae tranquillitatis purpurascentem praefert colorem, qui eminus spectantibus frequenter offunditur, quando non violentis fluctibus vicina tundit littora, sed velut pacificis ambit et salutat amplexibus (quam dulcis sonus, quam jucundus fragor, quam grata et consona resultatio (3)!) ego tamen non oculis

[2] Blandum, ut subjunctivum.

[3] Resultatio, Repercussio, eleganter de lumine et sonis dicitur. Hoc verbum secundi membri, initium est, referens ad Etsi pulchra sit, construe. Ego tamen arbitrator decorem creaturae, non aestimatum oculis, sed definitum, secundum rationem operationis, convenire iudicio operatoris.

aestimatum creaturae decorem arbitror, sed secundum rationem operationis iudicio operatoris convenire et congruere definitum.

Magna maris utilitas.

2. Bonum igitur mare; primum quia terras necessario sufficit (4) humore, quibus per venas quasdam occulte succum quendam haud inutilem subministrat. Bonum mare, tanquam hospitium fluviorum, fons imbrium, derivatio alluvionum, invectionis commeatum, quo sibi distantes populi copulantur, quo proeliorum (5) removen- tur pericula, quo barbaricus furor clauditur,

[4] Saffaloire, ut sustinere et sustentatio, particulariter de cibo sumendo. *Hora-cio, repasum nominat; stomacho futura ruen-ti.*

[5] Proelium et bellum, unum pro-al-tero, sumitur.

subsidium in necessitatibus, refugium in periculis, gratia in voluptatibus, salubritas, valetudinis, separatorum conjunctio, itin-eris compendium, transfugium laborantium (6), subsidium vectigalium, sterilitatis ali-mentum. Ex hoc pluvia in terras trans-funditur; siquidem de mari aqua radiis so-lis hauritur, et quod subtile ejus est, rapi-tur: deinde quanto altius elevatur, tanto magis etiam nubium obumbratione friges-cit, et imber fit, qui non solum terrenam temperat siccitatem, sed etiam jejuna arva foecundat.

Plagae maris, sanctitatis asilum.

3. Quid enumerem insulas, quas velut

[6] Eorum qui super terram penam ha-bent, in mare sollatium semper inveniunt, vel in locis quibus mare eos deportat.

monilia plerumque praetexit(7)? in quibus ii qui se abdicant intemperantiae saecularis illecebris, fido continentiae proposito eligunt mundo latere, et vitae hujus declinare dubios anfractus. Mare est ergo secretum temperantiae, exercitium continentiae, gravitatis secessus, portus securitatis, tranquillitas saeculi, mundi hujus sobrietas, tum fidelibus viris atque devotis (8) incentivum devotionis, ut cum undarum leniter

[7] Praetexit, scilicet terris. Super eas insulas fidei, et terras decertas magna fidelium multitudo, olim pervenerunt, ut anchoretici vitam solitariam instituerent, in abstinentia et contemplatione.

[8] Devotus, non in sensu pietatis, sicut in christiana latinitate, idem erat ac, in antiquitate, devotus, consecratus, cum dativo utebatur: Positum solitarie significabat deditus, traditus à se in mortem.

alluentium sono certent cantus psallentium, plaudant insulae tranquillo fluctuum sanctorum eboro [9].

Mare, fidelium coetuum im ago.

4. Unde mihi (10) ut omnem pelagi pulchritudinem comprehendam quam vidit

[9] Hic notatur verba, hymnis sanctorum personent quae non suat nisi precedentis phrasae explicatio, et quam ipse auctor, augere non potuit. Plaudere, dicitur de sonitu, ab aliqua agitatione productum. Aves plaudunt alis, plaudunt rostro; dic sic: resonent: ut Glosa inteligit, personent. Fluctum in duplici sensu, de undis, et maris undulatione [pro dici asi] de chanticis armoniosis.

[10] Unde mihi.....et...detur: id est, unde mihi venerit, hoc, vel facultas de...vel cum elipsae: Unde hoc?

operatur? Et quid plura (11)? Quid aliud ille concertus undarum, nisi quidam concertus est plebis? Unde bene mari plerumque comparatur Ecclesia, quae primo ingredientis populi agmine totis vestibulis uudas vomit; deinde in oratione totius plebis tanquam undis reflectibus stridet, cum responsoriis psalmodum, canto virorum, mulierum, virginum, parvulorum, consonus undarum fragor resultat. Nam illud quid dicam (12), quod unde peccatum abluat, et sancti Spiritus aura salutaris aspirat?

Dei invocatio.

5. Det nobis Dominus iila successuum flumina prospero ligno (13) currere, tuto

[11] *Supple dicam.*

[12] *Quid dicam illum... Quid dixerim de illud quod...*

[13] *Prospero ligno, en loco de prospere*

portu consistere, nequitiae spiritualis graviora quam ferre possumus tentamenta nescire, fidei ignorare naufragia, habere pacem profundam: et si quando aliquid sit, quod gravis nobis saeculi hujus excitet fluctus, evigilantem pro nobis habere gubernatorem Dominum Jesum, qui verbo imperet, tempestatem mitiget, tranquillitatem maris refundat (14).

re navi, vel feliciter vehente, cum allusione crucis salutaris, felix lignum. Acusativum successum flumina, de currere dependet, qui cum acusativum constructum, dicitur aliquoties de itineribus maritimis, sicut in Virgili versiculo. En. III, 129:

Vela damus vastumque cava trabe currimus
aequor. ®

[14] *Refundat, Matth XIV, 24 et seq.*

VII.

MARIS CONTINUATIO.

(HEXAEMERON. V, P. 93-95.

Maris Atlanticum et ejus celes.

1. Veniamus ad atlanticum mare. Quam ingentia illic et infinitae magnitudinis celes! Quae si quando supernatant fluctibus, ambulare insulas putes, montes altissimos summis ad coelum verticibus eminere. Quae non in acta (1), nec in littoribus, sed in

[1] Acta, verbum grecum significat locum, ubi unda extinguntur seu ripa, quae particulariter dicitur de loco formoso; et qui causa recreationis videtur.

Atlantici maris profundo feruntur videri, ut eorum conspectu nautae a navigandi in illis locis praesumptione revocentur, nec secreta elementorum adire sine supremo terrore mortis usurpent (2)

Admirabilis Maris productiones. Suarum undarum motus, corpora solida pulcherrimaeque produunt. Sal, Coralle, Margarita, Linum maritimum, et purpura.

2. Sed jam assurgamus ipsi de profundo maris, et aliquantulum sermo noster emergat, atque ad superiora se subrigat (3); spectemus ea quae usitata multis, et plena sint gratiae: quomodo aqua in salis vertatur soliditatem, ut ferre saepe caeda-

[2] Usurpare, in sensu usarpandi, id est, apropiandi injuste aliquid.

[3] Plurimis lacis, propositio sub significat motus aliquod.

tur; quod de Britannicis salibus (4) nihil mirum, qui in speciem marmoris validi, ejusdem metalli niveo candore resplendent, salubres corporis cibo, et potui nimis grati: quomodo etiam non indecorus lapis corallium in mari herba sit, si in aerem transferatur, in lapidis firmitatem solidetur; unde etiam ostreis pretiosissimam margaritam natura infixerit; quomodo eam maris aqua in tam molli carae solidaverit. Quae difficile apud reges inveniuntur, ea in littoribus quasi vilia jacent vulgo, et in saxis asperis et cautibus colliguntur. Aureum

[4] *Gemalis sal.* In terminis analogis loquitur Plinius de hoc: Sunt et montes salis nativi, ut in Indis Oremenus, in quo lapicidinarum modo caeditur renascens... Effoditur et e terra... in Cappadocia. Ibi quidem caeditur specularium lapidum modo (Hist. nat., XXXI, ep. 39).

etiam vellus (5) aqua nutrit, et lanam in memorati (6) speciem metalli gignunt littora, cullus colorem nullus adhuc eorum, qui fucis diversis obducunt vellera, imitari potuit: adeo naturae maritimae gratiam humana implere nescit industria! Scimus qua sollicitudine vellera ovium etiam minus pretiosa curentur; sin licet optima, nequaquam tamen his fucus innascitur: hinc naturalis color est, quem nullus adhuc aequavit; hoc quoque piscis est vellus. Sed et ipsi murices, qui insigne dant regium, sunt maritimi.

[5] S. Ambrosius loquitur de Bisun, seu linum maritimum quod in ostris colligitur.

[6] Memorati (vel dicti) metalli, id est, aurum.

Navegationis stupor et utilitas; equorum currunque inutilitas.

3. Et quae praeiorum gratia, vel hor-
torum amoenitas potest caerulei maris ae-
quiparare picturam? Aurum licet in pratis
flores refulgeant, auri quoque fulgorem in
mari lana resplendet: et illi cito marces-
cunt, ista diuduratura servatur. Lilia in
hortis eminens nitent, vela in navibus: hinc
odor, illic ventus aspirat. Quae utilitas in
folio! in navibus quanta commercia! Lilia
suavitatem narium, vela hominum salutem
invehunt. Adde pisces salientis, et delphi-
nas ludentes: adde rauco sonantes fluctus
murmure: adijce currentes naves ad littora,
vel de littoribus exeuntes. Et cum e car-
ceribus (7) mittuntur quadrigae, quanto

[7] Carceres, locum ubi includuntur om-
nia necessaria, et quod aperitur, signo facto.

studio spectantium et amore certatur! equus
tamen in vanum currit, non in vanum na-
vigia: ille in vanum, quia vacuus; ista ad
utilitatem, quasi plena frumenti. Quid his
gratius, quae non verberare aguntur, sed
ventorum spiramine; ubi nemo refragatur
(8), sed omnes fautores sunt: ubi nemo
vincitur quicumque pervenerit, sed omnes
puppis (9) quae pervertae fuerint, coro-
nantur; ubi palma merces salutis, victoria
pretium regressonis est. Quantum enim
distat inter directus cursus ac reflexos! is-
ti perpetuantur, hi resolventur. Adijunge
remigiis contexta littora, quibus vexillum
(10) exeundi aura de caelo est. Itaque

[8] Ubi nemo refragatur. Quia in circo
unusquisque eorum qui pugnam faciunt, in-
ter ipsos spectatores, adversarium suum im-
veniunt.

[9] Puppis, pro nave sumitur.

[10] Vexillum à veho derivatur, et abro-

aurigae plausum iuanem referunt: hi solvunt vota servati.

Jonas in mare salutem recuperat, quam super terra perdiderat. S. Petrus in mare Christum Jesum confessus est, quem in terra negabit.

4. Quid de Jona dignum loquar, quem cetus excepit ac vitam, reddidit ad prophetandi gratiam? Emendavit aqua, quem terrena deflexerant: psallebat in utero ceti, qui moerebat in terris. Et ut utrisque redemptio non praetereatur elementi, terrarum salus in mare ante praecessit, quia signum Filii hominis signum Jonae (11); sicut iste in utero ceti, sic Jesus in corde terrae. In utroque remedium; majus ta-

viatio est, sicut ala de axilla, mala, de maxilla, talus, de taxillus. &

[11] Vide Matth. XII.

mon in mari pietatis exemplum: quoniam exceperum pisces, quem homines refutarunt (12), et quem homines crucifixerunt, pisces servarunt. Petrus quoque in mari titubabat, sed non labitur (13): et confessus in fluctibus, tamen negavit in terris. Itaque illic quasi devotus manu apprehenditur: hinc quasi oblitus, aspectu censorio convenitur.

VIII.

S. SYPRIANUS.

CHRISTIANORUM SPECTACULA.

(LIB. DE SPECTACULIS, P. 342 sqq.)

Representationes teatrales, à christianis sunt fugiendae; per eas caro in spiritum predominat.

1. Fugienda sunt ista Christianis fide-

[12] Refutare, in sensu de repudiare.

[13] Vide Matth. XIV.

libus, ut jam frequenter diximus tam vana, tam perniciosa, tam sacrilega spectacula, a quibus et oculi nostri et aures essent custodiendae (1). Cito in hoc assuescimus, quod audimus, quod videmus. Nam, cum mens hominis ad vitia ipsa (2) ducatur, quid faciet, si abuerit exempla naturæ corporis lubrica, quae sponte corrui? quid faciet, si fuerit impulsus? Avocandus est igitur animus ab istis.

Christianus spectacula meliõra habet: opera creatoris mirabilia, universique organisatio miraculosa.

2. Habet Christianus spectacula me-

[1] Persona, vel objectum contra quam aliquam rem servatur, est per prepositionem ab frequenter indicata: v.g. defendere aliquem ab hostibus: et in Cor. Nep. Gortynii templum magna cura custodiunt, non tam a ceteris, quam ab Hannibale [cap. 9.]

[2] Ipsa, pro per se.

hiora, si velit, habet veras et profuturas voluptates, si se recognoverit. Et, ut omittam illa quae nondum contemplari possunt, habet istam mundi pulchritudinem, quam videat atque miretur; solis ortum aspiciat, rursus occasum mutuis vicibus dies noctesque revocantem, globum lunae temporum cursus incrementis suis decrementisque sigantem, astrorum micantium choros et assidue de (3) summa mobilitate fulgentes, anni totius per vices summa de summo membra divisa (4), et dies ipsos cum noctibus per horarum spatia digestos, terrae molem libratam cum montibus, et proflua flumina cum suis fontibus, extensa maria cum suis fluctibus atque littoribus, interim constantem pariter summa conspi-

[3] De à causa, pro, vel de.

[4] Summa membra de summo divisa. Partes principales divisa per astrorum curriculum.

TOM. II.

6.

ratione (5) nexibusque concordiae extensum aerem aedium tenuitate (6) sua cuncta vegetantem, nunc imbres contractis nubibus profundentem, nunc serenitatem resecta raritate revocantem, et in omnibus istis incolas proprios, in aere aves, in aquis pisces, in terra hominem. Haec, inquam, et alia opera divina sint Christianis fidelibus spectacula. Quod theatrum humanibus exstructum istis operibus poterit comparari? Magnis licet lapidum molibus exstruatur, cristae sunt montium altiores, et auro licet tecti laquearia resplendeant, astrarum fulgore vincuntur. Numquam humana opera mirabitur, quisquis se recognoverint filium Dei. Dejicit se de culmine

[5] Conspiratio, in bonam partem dicitur.

[6] Tenuitas, per quam aer penetrat ubicumque.

generositatis (7) suae, qui admirari aliquid praeter Dominum potest.

Sacra scriptura, rerum fidei spectaculum offert. Deum Creatorem et Patrem; peccatores punitos; justos salvos; interminabilem miraculorum seriem; quae Egypti exodium significat; deserti commorationem; tres pueros in formacem projectos; Daniel in lacu leonum; plurimas resurrectiones; demon sub pedibus Christi.

3. Scripturis, inquam, sacris incumbat Christianus fidelis; et ibi inveniet condigna fidei spectacula. Videbit instituentem Deum mundum suum, et cum ceteris animalibus hominis illam admirabilem fabricam, melioremque facientem (8). Spec-

[7] Generositas, superior significatio de Generosus.

[8] Facientem, pro ne, quia dicere Fac-

tabit mundum in delictis suis, justa naufragia, piorum praemia, impiorumque supplicia, maria populo siccata, et de petra rursus populo maria porrecta. Spectabit de coelo descendentes messes, non ex aratro impressas, flumina transitus siccos refractatis aquarum agminibus exhibentia. Videvit in quibusdam fidem cum igne lugtantes, feras religione superatas et in mansuetudinem conversas. Intuebitur et animas ab ipsa etiam morte revocatas; considerabit etiam de sepulchris admirabiles ipsorum consumptorum jam ad vitam corporum reductas: et in his omnibus majus iam videbit spectaculum, diabolum illum, qui totum detriumphaverat (9) mundum,

*— — —
torem non habebit bonum effectum per
assonantiam cum meliorem.*

[9] Detriumphare, est verbum latinis Christianac. Numquam, ethnicos ma-

sub pedibus Christi jacentem. Quam hoc decorum spectaculum, fratres, quam jucundum, quam nescissarium, intueri semper spem suam, et oculos aperire ad salutem suam! Hoc est spectaculum, quod videtur etiam luminibus amissis: hoc est spectaculum, quod non exhibet praetor aut consul, sed qui est solus et ante omnia et super omnia, immo ex quo omnia, Pater Domine nostri Jesu Christi.

*gis detriumphamus, quam quum pro fidei
abstinatione damnamur.*

IX.

LACTANTIUS.
UNIVERSUS PRO HOMINE
CONDITUS.

(LIB. DE IRA DEI, CAP. 13).

Autor, per exemplorum seriem provat, ut omnia quae condita fuerunt, vitae hominis, utilia sunt.

1. Si consideret aliquis universam mundi administrationem, intelliget profecto, quam vera sit sententia Stoicorum, qui aiunt, nostra causa mundum esse constructum (1). Omnia enim, quibus constat, quæ-

[1] *Lactantius hic addere debet, quod in institutionibus dixit, lib. 7. cap. 7. ubi ip-*

que generat ex se mundus, ad utilitatem hominis accommodata sunt. Homo igne utitur ad usum calefaciendi, et luminis, et molliendorum ciborum, ferrique fabricandi, utitur fontibus ad potum, et ad lavacra: fluminibus ad agros irrigandos, terminandasque regiones (2): utitur terra ad percipiendam frugum varietatem, collibus ad conserenda vineta, montibus ad usum arborum atque lignorum, planis ad segetem; utitur mari non solum ad commercia et copias (3) ex longinquis regionibus ferendas,

sa phrase post se, sic habet: Idem nos divinae Litterae docent. De hoc, Stoici magnam sectam inter paganos habent.

[2] *Frontes regionum sunt ordinarie signatae per florestas.*

[3] *Copias. Ad ipsam ideam exprimendam, verbo illo, Cicero utitur. Navigiorum cursibus suppeditantur omnes unquam ad vitum copiae.*

verum etiam ad ubertatem omnis generis piscium. Quodsi his elementis utitur, quibus est proximus; non est dubium qui et coelo; quoniam et coelestium rerum officia ad fertilitatem terrae, ex qua vivimus, temperata sunt. Sol irrequietis cursibus et spatiis inaequalibus orbis annuos conficit, et aut oriens diem promit ad laborem, aut occidens noctem superducit ad requiem, et tum abscessu longius ad meridiem, tum accessu propius ad septemtrionem, hie- mis et aestatis vicissitudines facit; ut et hibernis humoribus ac pruinis in ubertatem terra pinguescat, et aestivis coloribus vel herbidae fruges maturitate durentur, vel quae sunt in humidis, incocta (4) et ferve- facta mitescant. Luna quoque, nocturni temporis gubernatrix, amissi ac recepti lu- minis vicibus menstrua spatia moderatur, et

[4] De incoquo, et non de coctus.

caecae tenebris horrentibus noctes fulgore suae claritatis illustrat, ut aestiva itinera, et expeditiones, et opera sine labore ac molestia confici possint: siquidem

Nocte (5) leves melius stipulae, nocte arida
prata
Tondentur.

Astra etiam cetera vel ortu vel occasu suo certis stationibus opportunitates temporum subministrant. Sed et navigiis, quominus errabundu cursu per immensum vagentur, regimen praevent, cum ea rite gubernator observans (6), ad portum destinati littoris pervehatur. Ventorum spiritu attrahuntur nubes, ut sata imbribus irrigentur, ut vites foetibus, arbusta pomis exuberent. Et haec

[5] Vers. Virgili, Georg. I, 289.

[6] Quintus-Curcus ait de ipso: Navi-
gantes noctu sidera observant, ad quorum
cursum iter dirigant.

per orbem (7) vicibus exhibentur, ne desit aliquando, quo vita hominum sustineatur.

Illud quod aparenter non nisi animalibus utilis est, homini realiter prodest. Sed (diceretur) quare plurimae plantae, et animales, sunt homini noscentes. De hac re Stoicorum absurdum.

2. At enim (8) ceteras animantes eadem terra nutrit, et ejusdem foetu etiam muta pascuntur: num etiam mutorum causa Deus laboravit? Minime (9); quia sunt

[7] Per orbem, id est, per periodicam revolutionem.

[8] Particulae, at enim, objectionem indicant.

[9] Responsio haec falsa erit, si Lactantius in mente, creactionis finem ultimum tantum habuerit; sunt enim plurima, quae a Deo immediate creatae non fuerunt.

rationis expertia. Sed intelligimus et ipsa eodem modo in usum hominis a Deo facta, partim ad vestitum, partim ad operis (10) auxilia, ut clarum sit, divinam providentiam rerum et copiarum abundantia hominum vitam instruere atque ornare voluisse; ob eamque causam et aërem volucris, et mare piscibus, et terram quadrupedibus implevit. Sed academici (11), contra Stoicos disserentes, solent quarere, cur, si Deus omnia hominum causa fecerit, etiam multa contraria et inimica et pestifera nobis repariantur tam in mari quam in terra. Quod

[10] Opus frequenter dicitur de agricultura, opus rusticum.

[11] Academici, sic dicuntur discipuli Platonis, qui publice docebant in academicis Athenensis; sed hic dicitur de Academicis in Stoicorum oppositionem, ab Arcesila et Carneade fundatae.

Stoici, veritatem non respicientes, ineptissime repulerunt: aiunt enim, multa esse in gignentibus (12) et in numero animalium, quorum lateat utilitas: sed eam processu temporum inveniri, sicut jam plura prioribus saeculis incognita necessitas et usus invenerit. Quae tandem utilitas potes in muribus, in blattis, in serpentibus reperiri, quae homini molesta et perniciosa sunt? an medicina in his aliqua latet? quae si est invenietur aliquando. Nempe adversus mala: cum id illi querantur, esse omnino malum. Viperam ferunt exustam, in cineremque dilapsam, mederi ejusdem bestiae morsui. Quanto melius fuerat eam prorsus non esse, quam remedium contra se ab ipsa desiderari.

[12] Gignentia, *vegetalia*.

Res nosivae sunt, ut homo applicare et exercere possit, praesiosissimam illam facultatem, per quam bonum dignoscitur et eligitur, id est, sapientiam,

3. Brevius igitur ac verius respondere potuerunt in hunc modum. Deus cum formasset hominem veluti simulacrum suum (quod erat opificii summum), inspiravit ei sapientiam soli, ut omnia imperio ac ditioni suae subjugaret, omnibusque mundi commodis uteretur: proposit tamen ei et bona et mala; quia sapientiam dedit, cujus omnis ratio in discernendis malis ac bonis sita est. Non potest enim quisquam eligere meliora, et scire quid bonum sit, nisi sciat simul rejicere ac vitare, quae mala sunt. Invicem sibi alterutra connexa sunt, ut sublato alterutro, utrumque tolli sit necesse. Propositis igitur bonis malisque, tum demum opus suum peragat sapientia, et qui-

dem bonum appetit ad utilitatem, malum rejicit ad salutem. Ergo sicut bona innumerabilia data sunt, quibus frui posset; sic etiam mala, quae caveret. Nam si malum nullum sit, nullum periculum, nihil denique, quod laedere hominem possit; tollitur omnis materia sapientiae, nec erit homini necessaria. Positis enim tantummodo in conspectu bonis, quid opus est cogitatione; intellectu, scientia, ratione? cum, quocumque porrexerit manum, id naturae aptum et accommodatum sit; ut si quis velit apparatusissimam coenam infantibus, qui nondum sapian, apponere, utique id appetent singuli, quo unumquemque aut impetus, aut fames, aut etiam casus atraxerit, et quidquid sumpserint, id illis erit vitale ac salubre. Quid igitur nocebit, eos, sicuti sunt, permanere, et semper infantes ac necios esse rerum? Si autem admisceas vel amara, vel mutila, vel etiam venenata;

decipiuntur utique per ignorantiam boni ac mali, nisi accedat his sapientia, per quam habeant malorum rejectionem, bonorumque delectum. Vides ergo, magis propter mala opus nobis esse sapientiâ: quae nisi fuisset proposita, rationale animal non essemus.

Refutatio de Epicurea argumentatione. Sapientia per quam in Dei cognitionem pervenimus, exercere debet, illa in operatione mali, non influit.

4. Quodsi haec ratio vera est, dissolvitur etiam argumentum illud Epicuri: *Deus, inquit, aut vult tollere mala, et non potest; aut potest, et non vult; aut neque vult, neque potest; aut et vult et potest. Si vult, et non potest, imbecillis est, quod in Deum non cadit: si potest et non vult, invidus, quod aequae alienum a Deo: si neque vult neque potest, et invidus et imbecillis est, ideo nec*

Deus; si vult et potest, quod solum Deo con-
venit. unde ergo sunt mala? aut cur illa non
tollit? Scio plerosque philosophorum, qui
 providentiam defendunt, hoc argumento
 perturbari solere, et invitos paene adigi, ut
 Deum nihil curare fateantur; quod maxime
 quaerit Epicurus. Sed nos, ratione pers-
 pecta, formidolosum hoc argumentum fa-
 cile dissolvimus. Deus enim potest, quid-
 quid velit; et imbecillitas vel invidia in Deo
 nulla est: potest igitur mala tollere, sed
 non vult; nec ideo tamen invidus est. Id-
 circo enim non tollit, quia sapientiam, sicut
 edocui, simul tribuit, et plus est boni ac
 jucunditatis in sapientia, quam in malis
 molestiae. Sapientia facit, ut etiam Deum
 cognoscamus, et per eam cognitionem, im-
 mortalitatem assequamur, quod est sum-
 mum bonum. Itaque nisi prius malum ag-
 noverimus, nec bonum poterimus agnosce-
 re. Sed hoc non vidit Epicurus, nec alius

quisquam: si tollantur mala, tolli pariter
 sapientiam, nec ulla in homine virtutis re-
 manere vestigia; cujus ratio in sustinenda
 et superanda malorum acerbitate consistit.
 Ita propter exiguum compendium subla-
 torum malorum, maximo et vero et proprio
 nobis bono careremus. Constat igitur, om-
 nia propter hominem proposita, tam mala
 quam etiam bona.

X.

 QUARE DEUS
 HOMINEM CREAVIT.

(LACTANT. IBIDEM, CAP. 14.)

*Deus hominem creavit, ut sit quis intelligat
 et sentiat majestatem et perfectiones suas.*

I. Sequitur ut ostendam, cur fecerit
 TOM. II. 7.

hominem ipsum Deus. Sicut mundum propter hominem machinatus est, ita ipsum propter se, tanquam divini templi antistitem, spectatorem operum rerumque coelestium. Solus est enim qui sentiens capaxque rationis intelligere possit Deum, qui opera ejus admirari, virtutem potestatemque prospicere. Idcirco enim Consilio, mente, prudentia instructus est; ideo solus præter ceteras animantes recto corpore ac statu factus est, ut ad contemplationem Parentis sui excitatus esse videntur: ideo sermonem solum accepit, ac linguam cogitationes interpretem, ut enarrare majestatem Domini sui possit: postremo idcirco ei cuncta subjecta sunt, ut factori atque artificii Deo esset ipsi subjectus.

Ratio qua homo maxime honoratus est à Deo. Obligatio quam ille habet justitiam exercendi, id est, Deum et proximum diligendi.

2. Si ergo Deus hominem suum voluit

esse cultorem, ideoque illi tantum honoris attribuit, ut rerum omnium dominaretur (1), utique justissimum est, eum qui tanta præstitit, amare, et hominem, qui sit nobiscum divini juris societate conjunctus: nec enim fas est, cultorem Dei a Dei cultore violare. Unde intelligitur, religionis ac justitiæ causa esse hominem figuratum. Cujus rei testis est M. Tullius in libris de Legibus (2), ita dicens: *Sed omnium, quæ in doctorum hominum disputatione versantur, nihil est profecto præstabilius quam plene intelligi, nos ad utilitatem esse natos.* Quod si est verissimum, Deus ergo vult omnes homines esse justos, id est, Deum et homi-

[1] Dominari, cum genitiv. constructum, hellenismum est: eodem modo quam rerum potiri: ordinari verbum hoc, cum dativ. post accusativ. ponitur.

[2] Lib. 1, cap. 10.

nem caros habere; Deum scilicet honorare tanquam patrem, hominem diligere velut fratrem: in his enim duobus tota justitia consistit (3). Qui ergo aut Deum non agnoscit, aut homini nocet, injuste et contra naturam suam vivit; et hoc modo rumpit institutum legemque divinam.

 XI.

 VERBA SAPIENTIS CUJUSDAM
 PAGANI

(APUD S. ACUSTIN, DE DIVERSIS QUESTIONIBUS LXXXIII, N. 12, VOL. VI, P. 4.)

1. Agite o miseri mortales, hoc agito, ne unquam polluat hoc domicilium malig-

[3] *Diliges Dominum Deum tuum.*

nus spiritus; ne sensibus immixtus incestet animae sanctitatem, lucemque mentis obnubilet. Serpit hoc malum per omnes aditus sensuales: dat se figuris, accommodat coloribus, adhaeret sonis, latet in ira, in fallacia sermonis, odoribus se subicit, infundit saporibus. ac turbidi motus illuvie tenebrosis affectibus, tenebrat sensus, quibus lamnebulis implet omnes meatus intelligentiae, per quos expandere lumen rationis radios mentis solet, quia radios aetherae lucis est, in eoque speculum divinae praesentiae: in hoc enim, Deus in hoc voluntas innoxia, in hoc recte facti meritum relucet. Deus ubique praesens est; tunc autem unicuique nostrum simul est, cum mentis nostrae illibata puritas in ejus praesentia se esse putaverit. Ut enim visus oculorum, si fuerit vitiat, quidquid videre non potuerit, adesse non putat; frustra enim circumstat oculos praesens imago

rerum, si oculis integritas desit: ita etiam Deus, qui nusquam deest, frustra pollutis animis praesens est, quem videre mentis caecitas non potest.

XII.

S. HIERONIMUS.

DE S. HILARIONIS EREMITAE VITA.

(OPERUM VOL. II, P. 13 SEQQ.)

PROLOGUS.

1. Scriptorus Vitam beati Hilarionis, habitorem ejus invoco Spiritu Sanctum; ut qui illi virtutes largitus est, mihi ad narrandas eas sermonem tribuat, ut facta dictis exaequentur (1). Eorum enim qui

[1] De Sallustio, qui in generalibus considerationibus, ad conspirationis Catilinae his-

toriam, praesidentibus ait: (cap. 3): Imprimis arduum videtur, res gestas scribere: primum quod facta dictis exaequanda sunt, fecerit, virtus, ut ait Crispus (2) tanta habetur, quantum eam verbis potuere extollere praeciara ingenia. Alexander Magnus Macedo, quem vellarietem, vel pardum, vel hircum caprarum Daniel (3) vocat, cum ad Achillis tumulum pervenisset, "Felicem te (4), ait, juvenis, qui magno fruaris praecone meritorum!" Homerum videlicet sigai-

[2] Ipso opere cap. 3.

[3] Cap. 8 v. 4. 5.

[4] Felicem te, (a) juvenis, plus expressivum est, quam vocativ. à Cicerone in sermocinatione pro Archia poeta dictum, cap. 10: O fortunate adolescens, qui tuae virtutis Homerum praecone inveniis! Acusativ. in exclamatione, animam loquentis, plus minusve commotam, semper indicat.

ficans. Porro mihi tanti ac talis viri conversatio vitaeque dicenda est, ut Homerus quoque, si adesset, vel invideret materiae, vel succumberet. Quamquam enim sanctus Epiphanius, Salaminae Cypri episcopus, qui cum Hilarione plurimum versatus est, laudem ejus brevi epistola scripserit, quae vulgo legitur; tamen aliud est locis communibus laudare defunctum, aliud defuncti proprias narrare virtutes. Unde et nos favore magis illius, quam injuria, coeptum ab eo opus aggredientes; maledicorum voces contemnimus: qui olim detrahentes Paulo meo (5), nunc forte detrahent et Hilarioni: illum solitudinis calumniati (6),

[5] Meo, S. Paulum eremitam, cujus vitam, jam in 1^o tomo hujus operis dedimus.

[6] Verbum calumniari, hic pro accusare ponitur. significationis suae ratione, injus e accusare.

huic objicientes frequentiam: ut qui semper latuit, non fuisse; qui a multis visus est, vilis existimetur. Fecerunt hoc et majores eorum quondam Pharisei, quibus nec Joannis eremus ac jejunium, nec Domini Salvatoris turbae (7), cibi potusque placuerunt. Verum destinato operi imponam manum, et Scyllaeos canes (8) obturata aure transibo.

INCIPIIT VITA.

S. Hilarionis, origo et infantia.

2. Hilarion ortus vico Tabaths, qui cir-

[7] Populum, quem D. N. J. ad docendum quaerebat.

[8] Canes furibundi, quos de corpore Scylla prodiverunt. Scylla quodam mestrum erat, quod favela in freto Siciliae ponit. Obturata aure transibo. Sicut Ulysses transire facit suos sodales regionem sirenarum, proximus Scyllae.

oiter quinque millia a Gaza (9) urbe Palaestinae ad austrum situs est, cum haberet parentes idolis deditos, rosa (ut dicitur) de spinis floruit. A quibus missus Alexandriam, grammatico (10) traditus est; ibique, quantum illa patiebatur aetas, magna ingenii et morum documenta praebuit; in brevi (11) caroso mibus, et loquendi arte gnarus. Quodque his majus est omnibus, credens in Dominum Jesum, non circi furoribus, non arenae sanguine, non theatris luxuria delectabatur; sed tota illi voluptas in Ecclesiae erat congregatione.

[9] Usque nunc, Ghazzah.

[10] Grammaticum est, eum qui nunc Rhetoricae magistrum appellamus.

[11] Brevi, sine propositione melius est.

Resolutio quam habet, in quindecim suae etatis annos, S. Antonium immittandi. Locum ubi solitarius remansit.

3. Audiens autem tuoc celebre nomen Antonii, quod per omnes Aegypti populos ferebatur, insensus vicendi ejus studio, perrexit ad eremum. Et statim ut eum vidit, mutato pristino habitu, tribus fere mensibus juxta eum mansit, contemplans ordinem vitae ejus morumque gravitatem: quam creber in oratione, quam humilis in susceptis fratribus, severus in corripendis, alacer in exortandis esset; et ut continentiam, cibique ejus asperitatem nulla unquam infirmitas frangeret. Porro frequentiam eorum, qui ad eum ob varias passiones aut impetus daemonum concurrebant, ultra non forens; nec congruam esse ducens, pati in eremo populos civitatum; sic

que sibi magis incipiendum esse (12), ut coepisset Antonius; illam quasi virum fortem victoriae praemia accipere, se necdum militare coepisse: reversus est cum quibusdam monachis ad patriam; et parentibus jam defunctis, partem substantiae (13) fratribus, partem pauperibus largitus est, nihil sibi omnino reservans, et timens illud de Actibus Apostolorum (14) Ananiae et Sapphirae vel exemplum vel supplicium, maxime quo Domini memor dicentis (15), *Qui non renuntiaverit omnibus quae habet, non potest meus esse discipulus.* Erat autem tunc annorum quindecim. Sic nudus et armatus in Christo, solitudinem, quae in

[12] *Repete, Ducens.*

[13] *Substantiae, verbum juridicum: habere bona.*

[14] *Cap. V. 1 et seq.*

[15] *Luc. XIV, 33.*

septimo milliario a Majona (16), Gazae emporio, per littus eustibus Aegyptum ad laevam flectitur, ingressus est. Cū quoque essent cruenta latrocinii loca, et propinqui amicique ejus imminens periculum denuntiarent, contempsit mortem, ut mortem evaderet.

Corporis sui conspecto, lobores suos sustinet, et a demone frustra flagelatur.

4. Mirabantur omnes animum; mirabantur aetatem, nisi quod flamma quaedam et scintillae fidei in oculis relucebant. Laeves erant genae, delicatum corpus et tenue, et ad omnem injuriam impatiens (17), quod levi vel frigore vel aestu posset affligi. Igi-

[16] *Majona, post nominatam, Constantia.*

[17] *Injuriarum impatiens, cum genitivus alia constructio etiam bona est.*

tur sacco tantum membra coopertus, et pelliceum habens ependyten (18), quem illi beatus Antonius proficiscenti dederat, saccumque rusticum, inter mare et palulem (19), vasta et terribili solitudine fruebatur, quindecim tantum caricas post solis occusum comedens, et quia regio latrocinis infamis erat, nunquam in eodem loco mansitans. Quid facere diabolu? quo se verteret? Qui gloriabatur ante, dicens (20), *In coelum ascendam, super sidera coeli ponam thronum meum, et ero similis Altissimo*, crenebat se hinc a puero, et prius ab eo calcatum fuisse, quam per aetatem peccare potuisset.

[18] Verbum grecum, quod Tertullianus vertit, per superinlumentum.
[19] ut cellulae locum, ubi Sanctus morabat, videas.

[19] Inter mare et paludem, vid. cap.

[20] Isaï XIV, 13 et 14.

Tentationum tempus pervenit; et per continuationem sui corporis mortificationem, eas vincit.

5. Titillabat itaque sensus ejus, et pubescenti corpori solita voluptatum incendia suggerebat. Cogebatur tirunculus Christi cogitare quod nesciebat, et ejus rei animo pompam (21) volvere, cujus experimenta non noverat. Iratus itaque sibi, et pectus pugnis verberans (quasi cogitationes caede (22) manus posset excludere), "Eg, inquit, acelle (23), faciam, ut non caleitres: nec te hordeo alam, sed paleis. Fame te

[21] Pompa, vanum attractivum.

[22] Cuede, pro vehementi pulsu.

[23] S. Paulus corpus designat, per idem terminum, ut in hoc versiculo:

Si fortis anima. mortificans asinum suum.

conficiam et siti; gravi onerabo pondere; per aestus indagabo (24) et frigora, ut cibum potius quam lasciviam cogites." Herbarum ergo succo et paucis caricis post triduum vel quatrimum deficientem animam sustentabat, orans frequenter et psallens, et rastro humum fodiens; ut jejuniorum laborem labor operis duplicaret. S. mulquo fiscellas junco texens, aemulabat in Ægyptiorum monachorum disciplinam, et Apostoli sententiam, discentis (25), *Qui autem non operatur, non manducet*: sic attenuatus, et in tantum exeso corpore, ut ossibus vix haereret.

[24] *Indagabo (te) non te desseram, post te ambulabo, ubicumque te sequor, ali- quando intelligitur, tecum.*

[25] *II Thessal III, 10.*

Demonum ludibria, per Christi crucem et ejus invocationem, dissipantur.

6. Quadam nocte, infantum coepit audire vagitus, balatus pecorum, mugitus bonum, planctum quasi mulierularum, leonum rugitus, murmur exercitus, et prorsus variarum portenta vocum, ut ante sonitu quam aspectu territus sederet. Intellexit daemonum ludibria; et provolutus ginibus, Christi crucem signavit in fronte: talique armatus, jacens fortius proeliabatur; quodammodo videre desiderans, quos horrebatur audire, et sollicitis oculis huc illucque circumspiciens: cum interim ex improvise, splendente luna, cernit rhedam ferventibus equis super se irruere; cumque inclamasset Jesum, ante oculos ejus, repentino terrae hiatu, pompa omnis absorpta est. Tunc ille ait: *Equum et ascensorem projecit*

in mare (26); et, *Hi in curribus, et hi in equis: nos autem in nomine Dei nostri magnificabimur* [27].

Insidiarum multitudinem, quam demon continue ei tetendit.

7. Multæ sunt tentationes ejus, et die noctuque variæ daemonum insidiae: quas si omnes narrare velim, modum excedam voluminis. Quoties esurienti larguissimæ apparuere dapes? Interdum orantem lupus ululans, et vulpecula ganniens transihvit, præallentique gladiatorum pugna spectaculum præbuit: et unus quasi interfectus, et ante pedes ejus corruens, sepulturam rogavit.

[26] *Verba desumpta ex cant. Moise. Exod. XV, 1.*

[27] *Psalm. XVI, 18.*

Probatio, quam humiliter per distractionem quamdam, in oratione habet.

8. Oravit semel (28) fixo in terram capite, et ut natura fert hominum, abducta ab oratione mens nescio quid aliud cogitabat: insiliit dorso ejus agitator, et latera calcibus, cervicem flagello verberans, "Eia, inquit, cur dormitas?" cachinasque desuper, cùm defecisset, an hordeum vellet accipere, sciscitabatur.

Sua cellula.

9. Igitur a sexto decimo usque ad vicesimum suæ ætatis annum, aestus et pluvias brevi tuguriunculo declinavit, quod junco et carice texerat; exstructa deinceps brevi cellula, quæ usque hodie permanet, altitudine pedum quinque, hoc est staturâ

[28] *Semel, id est, dies, quod in diebus latinitatis classicæ ignotum erat.*

suà (29) humiliore, porro longitudine paulo ampliore, quam ejus corpusculum patiebatur, ut sepulcrum potius, quam domum crederes.

Ejus vestimenta.

10. Capillum semel in anno die Paschae totondit: super nudam humum stratumque junceum usque ad mortem cubitavit, saccum, quo semel fuerat indutus, nunquam lavans; et superfluum esse dicens, munditias in cilicio quaerere. Nec mutavit alteram tunicam (30), nisi cum prior penitus scissat esset. Scripturas quoque

[29] *Ablativ. de humiliore, comparat dependens,*

[30] *S. Ieronimus, simpliciter dicere potuit; nec mutavit tunicam, de syllepse usus est, verbum haberet quod in sensu de mutavit, est synonymum de sumpsit alteram.*

sanctas memoriter tenens, post orationes et psalmos quasi Deo praesente, recitabat. Et quia longum est per diversa tempora carptim ascensus (31) ejus edicere, comprehendam breviter, ante lectoris oculos vitam ejus pariter (32) exponens; et deinceps ad narrandi ordinem regrediar.

Alimonia.

11. A vicesimo primo anno usque ad vicesimum septimum, tribus annis dimidium lentis sextarium madefactum aqua frigida comedit, et aliis tribus panem aridum cum sale et aqua. Porro a vicesimo septimo usque ad tricesimum, herbis agrestibus, et virgultorum quorundam radicibus crudis

[31] *Elevatio per gradus, et gradus per quos successive transit, et in perfectionem pervenit.*

[32] *Similiter, per nunc.*

sustentatus est. A tricesimo autem primo usque ad tricesimum quintum, sex uncias hordaecei panis, et coctum modice olus absque oleo in cibo habuit. Sentiens autem caligare oculos suos, et totum corpus impetigine et pumicea quadam scabredine contrahi, ad superiorem victum adiecit oleum: et usque ad sexagesimum tertium vitae suae annum hoc continentiae cucurrit gradu, nihil extrinsecus aut pomorum, aut leguminis, aut cuius libet rei gustans. Inde cum se videret corpore defatigatum, et propinquam putaret imminere mortem, a sexagesimo quarto anno usque ad octogesimum pane abstinuit, incredibile fervore mentis, ut eo tempore quasi novus accederet ad servitatem Domini, quo ceteri solent remissius vivere. Fiebat autem ei de farina et comminuto olere sorbitiuncula, cibo et potu vix quinque uncias appendentibus: sicque complens ordinem vitae, nunquam

ante solis occasum, nec in diebus festis, nec in gravissima valetudine, solvit jejunium. Sed jam tempus est ut ad ordinem revertamur.

Per noctem unam totam, latrones Sancti cellulam quaerunt, et non inveniunt. Clara luce facta, viriliter respondit ipsis.

12. Cùm habitare adhuc in tuguriolo, annos natus decem et octo, latrones ad eum nocte venerunt, vel aestimantes habere⁽³³⁾ aliquid quod tollerent, vel in contemptum sui reputantes fieri, si puer solitarius eorum impetus non pertimesceret. Itaque inter mare et paludem a vespere usque ad solis ortum discurrentes, nunquam locum cubilis ejus invenire potuerunt. Porro clara luce reperto puero, quasi per jocum, "Quid, inquit, faceres, si latrones ad te

[33] Habere (eum) aliquid...

venirent?" Quibus ille respondit: "Nudus latrones non timet." Et illi, "Certe, aiunt, occidi potes." — "Possum, inquit, possum: et ideo latrones non timeo, quia mori paratus sum." Tunc admirati constantiam ejus et fidem, confessi sunt noctis errorem (34), caecatosque oculos, correctorem deinceps vitam pollicentes.

S. Hilarion, cuidam sterili mulieri, quam apud eum desperatio duxerat, curationem facit. Hoc est primum illius miraculorum.

13. Viginti et duos jam in solitudine habebat annos, fama tantum notus omni-

[34] Error pro erratio, vagatio, ut in error Ulyssis. Judei diem septimum sabbatum apelabant. Dixit enim Justin XXXVI, cap. 2. illa dies famem illis erroremque fuerat, longam suam in deserto remanentiam.

bus, et per totas Palaestinae vulgatus urbes, cum interim mulier quaedam Eleutheropolitana (35), cernens despectui se haberi a viro ob sterilitatem (jam enim per annos quindecim nullos conjugii fructus dederat), prima irrumpere ausa est ad beatum Hilarionem; et nihil tale suspicanti, repente genibus ejus advoluta, "Ignosce, inquit, audaciae, ignosce necessitati meae. Quid avertis oculos? quid rogantem fugis? Noli mulierem aspicere, sed miseram. Hic sexus genuit Salvatorem. Non habent sani opus medico, sed qui male habent (36)." Tandem substitit, et post tantum temporis visa muliere, interrogavit causam adventus ejus ac fletuum. Et postquam didicit, levatis ad

[35] Eleutheropolis, villa graeca de terra judaica ad Ouesst Jerusalem, S. Epiphani patria.

[36] Luc. V, 31.

coelum oculis, fidere jussit; eutemque lacrimis prosecutus exacto anno vidit cum filio.

Alia clarior, filiorum cujusdam nobilis mulieris, curatio. Quo miraculo, Gazae operato; habitantes plures, tam de Syria quam de Egypto, Christianos et etiam eremitas, esse resolvuntur.

14. Hoc signorum ejus principium, majus aliud signum novilitavit. Aristaenete Elpidii, qui postea praefectus praetorio fuit, uxor, valde novilis inter suos (37), et inter Christianos nobilior, revertens cum marito et tribus liberis a beato Antonio, Ga-

[37] Nobilis inter suos. *Stat adhuc inter non litera, quae ad Elpidium a Libanio Juliani apost. magistro missa, qua de Aristenete plurimas laudationes facit. n. 131. in collectone J. Wolf.*

zae propter eorum infirmitatem remorata est. Ibi enim sive ob corruptum aerem, sive (ut postea claruit) propter gloriam Hilarionis servi Dei, hemitritaeo pariter arrepti, omnes a medicis desperati sunt. Jacebat ululans mater, et quasi inter triflorum discurrens cadavera, quem prius plageret, nesciebat. Cognito autem quod esset quidam monachus in vicina solitudine, oblita matronalis pompae (tantum se matrem noverat,) vadit comitata (38) ancillis et vernaculis: visque a viro persuasum est, ut asello sedens pergeret. Ad quem cum pervenisset, "Per ego te, ait, Jesum (39) clementissimum Deum nostrum obtestor, per crucem ejus et sanguinem, ut

[38] *Passive sicut in classicis.*

[39] Per ego te Jesum obtestor, quaedam verborum ordo, in talibus phrasibus untata pro, ego te obtestor per Jesum.

reddas mihi tres filios; et glorificetur in urbe gentilium nomen Domini Salvatoris, et ingrediatur servus ejus Gazam, et Marnas (40) currat." Reveniente illo, et dicente, nunquam se egressum de cella, nec habere consuetudinem, ut non modo civitatem, sed ne villulam quidem ingrederetur, prostravit se humi crebro clamitans, "Hilarion, serve Christi, redde mihi liberos meos. Quos Antonius tenuit in Ægypto, a te serventur in Syria." Flebant euncti qui aderant, sed et ipse negans flevit. Qui multa? non prius mulier recessit, quam ille pollicitus est se post solis occasum Gazam introiturum. Quo postquam venit, singulorum lectulos et ardentia membra consignans (41), invocavit

[40] Marnas, nomen unius decorum, paganorum, Gazae adoratus, ubi magnificentum templum, ei erat consecratus.

[41] Signant, indicat, crucis signum.

Jesum. Et, o mira virtus! quasi de tribus fontibus sudor pariter erupit: eadem hora acceperunt cibos, lugentemque matrem cognoscentes, et benedicentes Deum, sancti manus deosculati sunt. Quod postquam auditum est, et longe lateque percrebuit, certatim ad eum de Syria et Ægypto confluebant: ita ut multi crederent in Christum, et se monachos (42) profiterentur. Needum enim tunc monasteria erant in Palaestina, nec quisquam monachum ante sanctum Hilarionem in Syria noverat. Ille fundator et eruditor hujus conversationis (43) et studii in hac provincia fuit. Habebat Dominus Jesus in Ægypto senem Antonium; habebat in Palaestina Hilarionem juniorem.

[42] Monachos, ermitas.

[43] Conversatio, vitae genus.

Iam decem annis caeca quaedam mulier, sana facta est.

15. *Facidia viculus est Rhinocorure*(44) *urbis Aegypti.* De hoc ergo vico decem jam annis caeca mulier adducta est ad beatum Hilarionem: oblataque ei a fratribus (jam enim multi cum eo monachi erant), omnem se substantiam expendisse ait in medicos. Cui respondit: "Si, quae in medicis perdidisti, dedisses pauperibus, curasset te versus medicus Jesus." Clamante autem illa et misericordiam de precante, exspuit in oculos ejus; statimque Salvatoris exemplum (45) virtus eadem prosecuta est.

[44] *Rhinococorura vel Rhinocolula, civitas maritima quae est in regionibus Aegyptii et Syriae, hodie, El-Atrisch.*

[45] *Marc. VIII, 23; Joann, IX, 6.*

Curatio et convertio aurigae cujusdam.

16. Auriga quoque Gazensis in curru percussus a daemone, totus obrigit; ita ut nec manum agitare, nec cervicem posset reflectere. Delatus ergo in lecto, cum solum linguam moveret ad preces, audit non prius posse sanari, quam crederet in Jesum, et se sponderet arti pristinae renuntiaturum. Credidit, sponndit, sanatus est; magisque de animae quam de corporis salute exultavit.

Unus juvenis fortissimus, a demone possessus, terrorem sui, in regionem illam incusserat. S. Hilarion eum a spiritu maligno liberat.

17. Praeterea fortissimus juvenis, nomine Marsitas (46), de territorio Jerosoly-

[46] *Aliquibus libris invenitur, Messicas seu Mesitas.*

mae, tantum sibi applaudebat in viribus, ut quindecim frumenti modios diu longèque portaret; et hanc haberet palmam fortitudinis suae, si asinos vinceret. Hic afflatus pessimo daemone, non catenas, non compedes, non claustra ostiorum integra patiebatur: multorum nasum et aures morsibus amputaverat: horum pedes, illorum crura fregerat. Tantumque sui terrorem omnibus incusserat, ut oneratus catenis et funibus in diversa nitentium, quasi ferocissimus taurus ad monasterium pertraheretur; quem postquam fratres videre, perterriti (erat enim mirae magnitudinis) nuntiaverunt patri. Ille sicut sedebat, jussit eum ad se pertrahi, et dimitti. Solutoque, "Inclina, ait, caput, et veni." Tremere ille, et cervicem flectere, nec aspicere contra ausus, omnique ferocitate deposita, pedes coepit sedentis lambere. Adjuratus itaque daemon, et tortus, qui juvenem possederat, septima die egressus est.

Mirabilior alia curatio, alterius a demone possessi. De donis elemosinisque instructio, a S. Hieronimo facta.

18. Sed nec illud tacendum est, quod Orion, vir primarius et ditissimus urbis Aliae (47), quae mari Rubro imminet, a legione possessus daemonum, ad eum ad ductus est. Manus, servix, latera, pedes ferro onerati erant, furorisque saevitiam torvi oculi minabantur. Cumque deambularet sanctus cum fratribus, et de Scripturis nescio quid interpretaretur, erupit ille de manibus se tenentium; et amplexatus eum post tergum, in sublime levavit. Clamor ortus ab omnibus: timebant enim ne confecta jejuniis membra collideret. Sanctus arridens, "Sinite, inquit, et mihi meum

[47] Alia, vel Alath vel Ailath villa Arabiae Petrae, quae nomen suum dedit Gurgiti ejusdem loci.

palaestritam dimitтите." Ac sic reflexa super humeros manu: caput ejus tetigit; apprehensoque crine, ante pedes adduxit: stringens e regione ambas manus ejus, et plantas utroque calcans pede, simulque ingeminans, "Torquere (48), ait, daemonum turba, torquere." Cumque ille ejularet, et reflexe cervice terram vertice tangeret, "Domine, inquit, Jesu, solve miserum, solve captivum. Ut unum, ita et plures vincere tuum est." Rem loquor inauditam: ex uno hominis ore diversae voces, et quasi confusus populi clamor audiebatur. Curatus itaque et hic, non post multum temporis, cum uxore et liberis venit ad monasterium, plurima, quasi gratiam redditurus, dona afferens. Cui sanctus, "Non legisti, inquit, quid Giezi (49) quid Simon

[48] *Imperativ.*

[49] *Vide IV, Regum V.*

(50) passi sint: quorum alter accepit pretium, alter obtulit: ut ille venderet gratiam Spiritus Sancti, hic mercaretur?" Cumque Orion flens diceret, "Accipe, et da pauperibus:" respondit: "Tu melius potes tua distribuere, qui per urbes ambulas, et nosti pauperes. Ego qui meo reliqui, cur aliena appetam? Multis nomen pauperum, occasio avaritiae est: misericordia vero artem non habet. Nemo melius erogat, quam qui sibi nihil reservat." Tristi autem et in arenis jacenti, "Noli, inquit, contristari, fili; quod facio pro me, et pro te facio. Si enim haec accepero, et ego offensam Deum, et ad te legio revertatur."

Consanatio cujusdam paralytisi.

19. Quis vero possit silentio praeterire, quod Gazanus Majomites haud longe a mo-

[50] Actuum, VIII.

nasterio ejus, lapides ad aedificandum de ora maris caeleus, totus paralyti dissolutus, et ab operis sociis delatus ad sanctum, statim sanus ad opus reversus est? Etenim litus quod Palaestinae Aegyptoque praetenditur, per naturam molle, arenis in saxa durescentibus asperatur, paulatimque cohaerens sibi glareae perdit tactum (51), cum non perdat aspectum.

In sollemnibus cursibus Marnea idolo deditis, unius christiani equus cum equo cujusdam pagani in pugnam debent tenebat, scyphus fictilis quo bibere S. consueverat, sufficit, ad nihilum redigere, pagani fascinationes. Die pugnationis, Marnas per christianum devinctum est.

20. Sed et Italicus ejusdem oppidi municeps Christianus, adversus Gazencem

[51] Tectum, (glaræ vel arenarum.

dumvirum, Marnæ idolo deditum, Circencas equos nutrebat. Hoc siquidem in Romanis urbibus jam inde servabatur a Romulo, ut propter felicem Sabinarum raptum, Conso, quasi consiliorum deo, quadrigæ septeno currat circumitu (52); et equos partis adversæ fregisse, victoria sit. Ille itaque, aemulo suo habente maleficum, qui daemonicis quibusdam precantationibus et hujus impelleret equos, et illius coneiteret ad cursum, venit ad beatum Hilariem, et non tam adversarium laedi, quam

[52] Circuitu, id est, circum aram consiliorum deo condere, Consularia de ejus festivitate, à Romulo instituta, juxta Tilo Livio. Postea verbum Consus relative ad Concilium utebatur ita ut S. Cyprianus ait: Consus, quem deum fraudis, velut consiliorum deum celi Romulus voluit, postquam in raptum Sabinarum perfidia provent.

se defendi obsecravit. Ineptum bisum est venerando semi in hujuscemodi nugis orationem perdere. Cumque subrideret et diceret. "Cur non magis equorum pretium saluto animae tuae pauperibus erogas?" ille respondit, functionem esse publicam; et hoc se non tam velle, quam cogi: nec posse hominem Christianum uti magicis artibus; sed a servo Christi potius auxilium petere, maxime contra Gazences adversarios Dei, et non tam sibi quam Ecclesiae Christi insultantes. Rogatus ergo a fratribus qui aderant, scyphum fictilem, quo bibere consueverat, aqua jussit impleri, eique tradi. Quem cum accepisset Italicus, et stabulum, et equos, et auriga suos, carrucas carcerumque regulas (53) adpersit. Mira vulgi expectatio: nam et adver-

[53] Regulae, barre ferrae per quas Carceres sunt securae.

sarius hoc ipsum irridens, dissimaverat; et fautores Italici sibi certam victoriam pollicentes exultabant. Igitur dato signo hi advolant, illi praepediuntur; sub horum curru rotae fervent, illi praetervolantium terga vix cernunt. Clamor vulgi nimius attollitur; ita ut Ethnisi quoque ipsi concreparent: "Marnas victus est a Christo." Porro furentis adversarii Hilarionem maleficum Christianum ad supplicium poposcerunt. Indubitata ergo victoria et illis et multis retro (54) Circensibus plurimis fidei occasio fuit.

Curiosae narrationes de demoniaco quodam Germanico, et ejus sanatione.

21. Non solum autem in Palaestina, et in vicinis urbibus Aegypti vel Syriae, sed etiam in longinquis provinciis fama

[54] Retro, dicitur etiam ad preteritum demonstrandum.

ejus pererebuerat. Namque candidatus (55) Constantii imperatoris, rutilos coma, et candore corporis indicans provinciam (inter Saxones quippe et alemanos gens ejus non tam lata quam valida, apud historicus Germania, nunc Francia (56) vocatur,) antiquo, hoc est ab infantia, possessus daemone, qui noctibus eum ululare, ingemiscere, fremere dentibus compellabat, secreto ab Imperatore evectionem (57) petit, causam ei simpliciter indicans. Et acceptis ad Consularem (58) quoque Palaestinae litteris cum ingenti honore et comi-

[55] Candidati, *Milites ab Imperatore delecti, qui privilegiis quibusdam gaudebant.*

[56] Francia.

[57] Evectio *permission.*

[58] *Gubernator ab Imperatore designatus, ad potestatem et insignias consulares habendas.*

tatu Gazam deductus est. Qui cum a dicurionibus illius loci quaesisset, ubi habitaret Hilarion monachus, territi Gazenses vehementer, et putantes ad eum ab Imperatore missos (59), ad monasterium perrexerunt, ut et honorem commendato exhiberent, et si quid ex praeteritis injuriis in Hilarionem esset offensae, novo officio deleretur. Deambulabat tunc senex in arenis mollibus, et secum de psalmis nescio quid submurmurabat; videbique tantam turbam venientium, substitit. Et resalutatis omnibus, manumque eis benedicens, post horam ceteros abire praecepit, illum vero cum servis suis et apparitoribus remanere; ex oculis enim ejus et vultu, cur venisset, agnoverat. Statim ergo ad interrogationem Dei servi suspensus homo vix terram pe-

[59] Missos, *plurale, causa de comitatu.*

dibus tangere coepit, et immane rugiens, Syro, quo interrogatus fuerat, sermone respondit. Videres de ore barbaro, et qui Francam tantum et Latinam linguam noverat, Syra ad purum (60) verba resonare: ut non stridor, non aspiratio, non idioma aliquod Palaestini deesset eloquii. Confessus est (61) itaque, quo in eum intrasset ordine. Et ut interpretes ejus intelligerent, qui Graecam tantum et Latinam linguam noverant, Graese quoque eum interrogavit. Quo similiter et in verba aedem respondente, multasque incantationum occasiones et necessitates magicarum artium obtendente, "Non curo, ait, quomodo intraveris; sed ut ex eas in nomine Domine nostri Jesu Christi, impero." Cùmque eu-

[60] Ad purum, *lit verba Syriacae in sua pulchritudine.*

[61] Confessus est, *scilicet demon, indicatum per terminos immane rugiens.*

ratus esset, homo simplicitate rustica decem auri libras offerens, hordeaceum ab eo panem accepit: audiens quod qui tali cibo alerentur, aurum pro luto ducerent.

Sanctus etiam animalia à demone possessa sanat.

22. Parum est de hominibus loqui: bruta quoque animalia quotidie ad eum furentia pertrahebantur, in quibus Bactrum camelum (62) enormis magnitudinis, qui jam multos obtriverat, triginta et eo amplius viri distentum solidissimis funibus cum clamore adduxerunt. Sanguinei erant oculi, spumabat os, volubilis lingua turgibat, et super omnem terrorem rugitus personabat immanis. Jussit igitur eum dimitti senex. Stalim vero et qui adduxe-

[62] Camelum Raetrianæ, qui est à Arabia, dromedarius apelatum est.

rant, et qui cum sene erant, usque ad unum omnes diffugere. Porro ille solus perrexit obviam, et sermone Syro, "Non me, inquit, terres, diabole, tanta mole corporis: et in vulpecula, et in camelo uas atque idem es." Et interim porrecta stabat manu. Ad quem dum furens et quasi eum devoratura vellua pervenisset, statim corruit: submissumque caput terrae coequavit, mirantibus cunctis qui aderant, post tantam ferociam, tantam subito mansuetudinem.

*Demon etiam animalia pugnât, quia participant de hominis bonis, cui invidiam implacabilem habet. Responitio unæ objectio-
nas, ex evangelio deprompta.*

23. Docebat autem senex, hominum causa diabolum etiam jumenta corripere: et tanto eorum adoro odio, ut non solum ipsos, sed et ea quae ipsorum essent, cu-

peret interire. Hujusque rei proponebat exemplum quod, antequam beatum Job tentare permitteretur, omnem substantiam ejus interfecerit. Nec movere quempiam debere, quod Domini jussione duo millia porcorum à daemonibus interfecta sunt (63); siquidem eos qui viderant, non potuisse aliter credere exisse de homine tantam daemonum multitudinem, nisi grandis porcorum numerus, et quasi a multis actus, pariter corruisset.

S. Antonius absortus est sciens gratias quarum S. Hilarius repletus est, et cum eo habere societatem statuit. In Palastina innumerabilia monasteria, esse coeperunt.

24. Tempus me deficiet, si voluero universa signa, quae ab eo perpetrata sunt, dicere. In tantam enim a Domino fuerat

[63] Marc. cap. V, v. 11.

elevatus gloriam, ut beatus quoque Antonius, audiens conversationem (64) ejus, scriberet ei, libenterque ejus epistolas sumeret; et si quando de Syriae partibus ad se languentes perrexissent, diceret eis, "Quare vos tam longe vexare voluistis, cum habeatis ibi filium meum Hilariorem?" Exemplo itaque ejus per totam Palaestinam innumerabilia monasteria esse coeperunt, et omnes ad eum monachi certatim currere. Quod ille cernens, laudabat Domini gratiam; et ad profectum animae singulos cohortabatur, dicens, praeterire figuram hujus mundi (65); et illam esse veram vitam, quae vitae praesentis emeretur incommodo.

[64] *Vitam et actiones suas imitans.*

[65] *I Corinth. VII, 31.*

S. Hilariion frequenter cellulas Monachorum lustrabat. Oratione hujus visitationis Elysam totam ad christianismum convertit. Villa quae ad Sarracenorum territorium pertinebat.

25. Volens autem exemplum eis dare et humilitatis et officii, statis diebus ante vindemiam lustrabat cellulas monachorum. Quod postquam cognitum est a fratribus, omnes ad eum confluebant: et comitati tali duce, circumibant monasteria, habentes viaticum suum: quia interdum usque ad duo millia hominum congregabantur. Sed et procedente tempore, unaquaeque villa vicinis monachis ad susceptionem sanctorum gaudens cibos offerebat. Quantam autem fuerit in eo studii, ut nullum fratrem, quamvis (66) humilem, quamvis pau-

[66] *Quantumque humilis, quicumque pauper sit; quia quamvis, significationem de quantumvis habet.*

perem, praeteriret, vel illud iudicio est, quod vadens in desertum Cades ad unum de discipulis suis visendum, cum infinito agmine monachorum pervenit Elusan (67), eo forte die; quo anniversaria solemnitas omnem oppidi populum in templum Veneris (68) congregaverat. Colunt autem illam ob Luciferam, cujus culti Saracenorum, natio dedita est. Sed et ipsum oppidum ex magna parte semibarbarum est propter loci situm, igitur audito quos sanctus Hilariion praeteriret (multos enim Saracenorum arreptos a daemone frequenter curaverat), gregatim ei cum uxoribus et liberis

[67] *Villa Arabiae Petraeae parum de limitibus iudaicis stans.*

[68] *Scriptores latini per verbum Venus, divinitatem Syrientium et phericium Astarte vel Astaroth designant, cum qua analogias habet.*

obviam processere, submittentem colla, et voce Syra BARBOH, id est *benedic*, inclamantes. Quos ille blande humiliterque suscipiens, obsecrabat in Deum magis quam lapides colerent: simulque ubertim flebat, coelum spectans, et pollicens, si Christo crederent, ad eos se crebro esse venturum. Mirà Domini gratiâ non prius abire passi sunt, quam futurae ecclesiae lineam mitteret, et sacerdos eorum, ut erat coronatus, Christi sigao denotaretur.

Avaritia unius monachi.

26. Alio quoque anno cum exitarus esset ad visenda monasteria, et digereret in schedula, apud quos manere, quos in transitu visitare deberet, scientes monachi quendam de fratribus parciozem, simulque cupientes vitio ejus mederi, rogabant ut apud eum maneret. Et ille, "Quid, inquit, vultis et vobis injuriam, et fratri vexatio-

nem facere?" Quod postquam frater ille parcus audivit, erubuit; et annitentibus cunctis, vix ab invito impetravit, ut suum quoque monasterium in mansionum ordinem poneret. Post diem ergo decimum venerunt ad eum, custodibus jam in vinea, quasi villa esset, ab eo dispositis; qui cum lapidibus et glebarum jactu, fundaeque vertigine (69) accedentes deterrerent, sine esu uvae mane omnes profecti sunt, ridente senae, et dissimulante scire quod evenerat.

Alterius monachi generositas. Vineae productum triplex fuit, postquam à tribus millibus visitata fuit, et à Sancto benedicta, interim avarus qui eis favere reusaverat, in suis laboribus minimam recolectionem facit. Monachus in crastinum et in ullis rebus hujus saeculi cogitare non debet.

27. Porro suscepti ab alio monacho,

[69] Vertigine, pro rotatione.

eui Sabas vocabulum est (debemus quippe parci tacere vocabulum, largi dicere), quia Dominicus erat dies, invitabantur ab eo universi in vineam, ut ante horam cibi uvarum pastu laborem viae sublevarent. Et sanctus, "Maledictus, ait, qui prius refectionem corporis quam animae quaesierit. Oremus, ps. allamus, reddamus Domino officium, et sic ad vineam properabitis." Completo itaque ministerio, in sublimi stans benedixit vineae, et suas ad pascendum dimissit oves. Erant autem qui vescebantur, non minus tribus millibus. Cumque centum lagenis aestimata fuisset integra adhuc vinea, post dies viginti trecentas fecit. Porro ille parcus frater multo minus solito colligens, etiam id quod habuerat, versum in acetum cero doluit. Hoc multis fratribus senex ante futurum praedixerat. Detestabatur autem praecipue monachos, qui infidelitate quadam in futurum

reservarent sua, et diligentiam habere vel sumptuam, vel vestituum, aut alicujus earum rerum, quae cum saeculo transeunt.

Altera unius monachi avari punitio. Ex odore corporum, earumque rerum quas quis tetigit, Sanctus sciebat cui daemone vel cui vitio, aliquis subjaceret.

28. Denique unum de fratribus in quinto fere a semilliario manentem, quia comperiebat hortuli sui nimis cautum timidumque custodem, et paucillum habere numorum, ab oculis abegerat. Qui volens sibi reconciliari senem, frequenter veniebat ad fratres, et maxime ad Hesychium, quo ille vehementissime delectabatur. Quadam igitur die ciceris fascem virentis, sicut in herbis erat, detulit. Quem cum Hesychius pesuisset in mensa ad vesperum, exclamavit senex, se putorem ejus ferre non posse, simulque unde esset rogavit. Respondente

autem Hesychio, quod frater quidam primitias agelli sui fratribus detulisset. "Non sentis, inquit, putorem teterrimum, et in cicere foetere avaritiam? Mitte bobus, mitte brutis animalibus, et vide an comedant." Quod cum ille juxta praeceptum in praesepe posuisset, exterriti boves et plus solito mugientes, ruptis vinculis in diversa fugerunt. Habebat enim senex hanc gratiam, ut ex odore corporum vestiumque, et earum rerum quas quis tetigerat, sciret cui daemone vel cui vitio subjaceret.

Multitudo monachorum sui monasterii magnaque affluentia personarum, quae suum auxilium demandabant, de ille in diem gloriam suam augebant. Sanctus amore flebat. "Ego in via retributionem meam renuo, agebat!" ille scit diem quo S. Antonius in Egypto moriturus erat.

29. Igitur sexagesimo tertio vitae suae

anno cernens grande monasterium, et multitudinem fratrum secum habitantium, turbasque eorum, qui diversis languoribus et immundis spiritibus occupatos ad se deducebant, ita ut omni genere hominum solitudo per circumitum repletur, flebat quotidie, et incredibile desiderio conversationis antiquae recordabatur. Interrogatus a fratribus quid haberet, cur se conficeret, ait: "Rursum ad saeculum redii, et recepi mercedem meam in vita mea. Eo homines Palaestinae et vicinae provinciae existimant me alicuius esse momenti; et ego, sub praetextu monasterii, ad dispensationem fratrum vilem suppellectilem habeo." Servabatur autem a fratribus, maxime ad Hesychio, qui miro amore venerationi senis deditus erat. Cumque ita duxisset lugens biennium, Aristenete illa, cujus supra fecimus mentionem, praefecti tunc uxor, sed nihil de praefecti ambitu habens, venit ad eum, volens etiam

ad Antonium pergere. Cui ille fletus. "Vellem, ait, ipse quoque ire, si non carcere hujus monasterii clausus tenerer, et si eundi fructus esset. Biduum enim hodie est, quod totus mundus tali parente orbatu est." Credidit illa et substitit. Et post paucos dies veniente nuntio Antonii dormitionem audivit.

Sanctus gloriam, qua circumdatur, spernit, ille segregatur de sua spelunca, quae jam in villam devenerat, propter desertum quaerendum. In itinere suo, Episcopos exulat Imperator Constantius. Ille se detinet in locis à S. Antonio occupatis.

30. Mirantur alii signa et portenta quae fecit; mirantur incredibilem abstinentiam, scientiam, humilitatem; ego nihil ita stупeo, quam gloriam illum et honorem calcare potuisse. Concurrebant episcopi, praes-

hyteri, clericorum et monachorum greges, matronae quoque Christianorum, et hunc inde ex urbibus et agris vulgus inobilis, sed et potentes viri, et iudices, ut benedictum ab eo panem vel oleum acciperet. At ille nihil aliud nisi solitudinem meditabatur, in tantum ut quadam die proficisci statuerit, et adducto aello (nimis quippe excessus jejuniis, vix ingredi poterat) iter arripere conaretur. Quod cum percrebuisset, et quasi vastitas et justitiam (70) Palaestinae indiceretur, plus quam decem millia hominum diversae aetatis et sexus ad retinendum eum congregata sunt. Immobiles ille ad preces, et baculo arenas discutens, loquebatur: "Fallacem Deminum

[70] Justitium, tribunalium vacatio, laborum suspensio, ordinarie etiam pro calamitate publica accipitur; unde venit significatio dicti: duellum publicum.

meum non faciam; non possum videre subversas ecclesias, calcata Christi altaria, filiorum meorum sanguinem." Universi autem qui aderant, intelligebant revelatum ei quiddam esse secreti, quod nollet confiteri; et nihilominus custodiebant eum, ne proficisceretur. Deerevit ergo, publica omnes voce contestans (71), non cibi se, non potus quidquam sumere, nisi dimitteretur. Et post septem dies inediae tandem relaxatus, ac valedicens plurimis, cum infinito agmine prosequentium venit Betuliam (72),

[71] Omnes pro testimonio habentes, sic publice declarantes.

[72] Betuliam, error scribanorum certe hic est, quia Betulia maxima cognita erat per narrationes plurimas sanctae scripturae. Hic agitur indubitanter de Bethulia illa pauperrima ex Gazae territorio, ubi erant paganorum templa, ab antiquitate. Sozomenus enim ait: In Historia ecclesiastica,

ubi persuasis turbis ut reverterentur, elegit quadraginta monachos, qui haberent vaticum, et possent jejunantes ingredi, id est (vesci) post solis occasum; visitatisque fratribus, qui in vicina eremo erant, et in loco qui dicitur Lycos (73) morabantur, perrexit post triduum ad castrum Theubatam (74), ut videret Dracontium episcopum et confessorem, qui ibi exulabat. Qui incredibi-

*c, 15, p. 68, edic. Rob. Estienne: Hilari-
onem cum in Belutiam pervenisse; habitan-
tes suos omnes in christianismum convertit
causa cujusdam conversionis instantaneae,
unus de nomiaci, qui simul paganus et judcus,
frustra a S. jam tempore multo tentatus
fuerat.*

[73] *"Videtur legendum Lycos, quod
est oppidum in extrema parte Thebaidae, ubi
montes finiunt."* Vallartii.

[74] *Theubatam, locum incognitum, po-
dest esse Thaubia, Villa Arabiae Desertae.*

liter consolato tanti viri praesentia, post aliud triduum multo Babylonem (75) laborem pervenit, ut videret Philonem episcopum, et ipsum confessorem. Constantius enim rex, Arianorum favens haeresi, utrumque in ea loca deportaverat. Inde agrediens, post triduum venit ad oppidum Aphroditon (76): ubi convento diacono Baisane (qui locatis dro nadibus camellis, ob aquae in eremo penuriam consueverat euntes ad Antonium ducere), confessus est fratribus instare diem dormitionis beati Antonii, et pervigilem noctem, in ipso quo defunctus fuerat loco, a se ei debere celebrari. Tribus igitur diebus, per vastam et horribilem solitudinem tandem ad montem altissimum per-

[75] *Babylon, de Egypto versus nord. (R)
Memphis; miniae quae sunt prope Carium ad-
huc nominantur Baboul.*

[76] *Villa Egypti infericris.*

venerunt, repertis ibi duobus monachis, Isaac et Pelusiano, quorum Isaac interpretis Antonii fuerat.

Ille pervenit ibi, die S. Anachoretæ anniversarii. Descriptio pulchra loci ubi plura saccula inveniuntur, et relatio discipulorum S. Antonii de habitudinibus magistri ipsorum. Unus illius miraculorum. Ratio qua S. Antonius voluit suam speluncam, occultam manere.

31. Et quia se prebet occasio, et ad id loci venimus, dignum videtur brevi sermone habitaculum tanti viri describere. Saxeus et sublimis mons per mille circiter passus, ad radices suas aquas exprimit (77).

[77] *Exprimit. facere erumpere, hic est terminus technicus ad eruptionem aquarum exprimendam, operatam per aquae-ductos.*

quarum alias arenae ebibunt, aliae ad inferiora delapsae, paulatim rivum efficiunt; super quem ex utraque ripa palmae innumerales multum loco et amoenitatis et comodi tribuunt. Videres senem huc atque illic cum discipulis beati Antonii discorrere. Hic, aiebant, psallere, hic orare, hic operari, hic fessus residere solitus erat. Has vites, has arbusculas ipse plantavit; illam areolam manibus suis ipse composuit: hanc piscinulam ad irrigandum hortulum multo sudore fabricatus est; istum sarcolum ad fodiendam terram pluribus annis habuit. Jacebat in stratu ejus, et quasi calens adhuc cubile deosculabatur. Erat autem cellula non plus mensurae per quadrum tenens quam homo dormiens extendi poterat. Praeterea in sublimi montis vertice, quasi per cochleam ascendentibus et arduo valde nisu, duae ejusdem mensurae cellulae visantur: in quibus venientium frequentiam

et discipulorum suorum contubernium fugiens moratus est. Verum haec in vivo excisae saxo, ostia tantum addita habebant. Postquam autem ad hortulum venerant: "Videtis, inquit Isaac, hoc pomarium arbusculis consitum, et oleribus virens; ante noe ferme triennium cum onagrorum grex vastaret, unum e ductoribus eorum stare iussit, baculoque tundens latera, Quare, inquit, comeditis quod non seminastis?" et exinde, exceptis aquis, ad quas potandas ventitabat, nunquam eos nec arbuseulam nec olera contigisse. Praeterea rogabat senex, ut sibi locum tumuli ejus ostenderent. Qui cum seorsum eum adduxissent, utrum monstraverint necne ignoratur: causam occulendi juxta praeceptum Antonii fuisse referentes, ne Pergamius, qui in illis locis ditissimus erat, sublato ad villam suam Sancti corpore, martyrium fabricaretur.

S. Hilarion post hanc visitationem omnino se consecrat in deserto ad vitam totam eremiticam. Interim post S. Antonii mortem, pluvia cessaverat jam triennium erat, et habitantes attenuati fame, pluviam à servo Christi deprecantur et obtinent. Autem et terra multitudo venenatorum animalium prodit, sed à sancto, oleo benedicto, totam eorum vim extinxit.

32. Igitur reversus ad Aphroditon, duobus secum tantum retentis fratribus, in vicina eremo moratus est, tanta abstinentia et silentio, ut tunc primum se coepisse Christo servire diceret. Porro jam triennium erat quod clausum caelum illas terras arefecerat; ut vulgo dicerent, Antonii mortem etiam elementa lugere. Non latuit fama Hilarionis accolae quoque illius loci: et certatim virilis ac muliebris sexus ore luridi, et attenuati fame, pluvias a servo

Christi, id est a beati Antonii successore, deprecabantur. Quos ille cernens, mire doluit. Elevatisque in coelum oculis, et utrasque in sublime erigens palmas, statim impetravit quod rogaverant. Ecce autem sitiens arenosaque regio, postquam pluviis irrigata est, tantam serpentum et venenatorum animalium ex improvise ebullivit multitudinem, ut percussi innumera- biles, nisi ad Hilarionem concurrissent, statim interirent. Benedicto itaque oleo uni- versi agricolae atque pastores tangentes vulnera, certam salutem resumebant.

Donno à multitudine visitatus S. Hilarion in desertum interiorem pergit, ubi se cre- dens incognitum, per Alexandriam perre- xit. Fratres vero cum eum illis permanere, volunt, quibus ille ait: pergere volo, ut vo- bis molestiam non asseram. Sed vero, post diem, Gazences Juliani apostatae emnari intrantes monasterium, cum quaerunt.

33. Videns etiam ibit semiris honori-

bus afficit, perrexit Alexandriam, indi ad interiorem oasim in eremum transiturus. Et quia nunquam, ex quo coeperat esse mo- nachus, in urbibus manserat, divertit ad quosdam fratres sibi notos in Bruchio (78), haud procul ab Alexandria; qui cum miro gaudio suscepisset senem, et jam vicina nox esset, repente audiunt discipulos ejus asinum sternere, illumque parare proficisci. Itaque advoluti pedibus, rogabant ne hoc faceret; et ante limen prostrati, citius se mori, quam tanto carere hospite testa- bantur. Quibus ille respondit: "Idcirco abire festino, ne vobis molestiam generem. Certe ex posterioribus (79) cognoscetis, non siue causa me subito ambulasse." Igitur altera die Gazences cum licitoribus praefec-

[78] Bruchium, nomen est unius depur- tamenti, in Alexandriae villa, quae tunc de- serto erat.

[79] Ex sequentibus.

ti (nam pridie eum venisse cognoverant) intrantes monasterium, cum illum minime invenissent, invicem loquebantur; "Nonne vera sunt quae audivimus? magus est, et futura cognoscit." Urbs enim Gaza, postquam, profecto de Palaestina Hilarione, Julianus in imperium successerat, destructo monasterio ejus, precibus ad Imperatorem datis, et Hilarionis et Hesyhii mortem impetraverat: amboque ut quaererentur, toto orbe scriptum erat.

Oasim ipsam pervenit, ubi fama sua patebat, resolvi, in insula aliqua manere. Adrianus discipulus ejus dixit apostatam jam esse mortuum, et imperium translatum fuisse, christiano Imperatori, eum in monasterium suum reversum iri. Ille pro magistro quaerit gloriam, et tandem flagellatus est et miserabiliter obiit, S. Hilarion itinere suo prosecutus est.

34. Egressus ergo de Bruchio, per in-

viam solitudinem intravit oasim: ibique anno plus minus exacto, quia illuc quoque eum sui fama praevenerat, quasi jam in Oriente latere non posset, ubi multi illum et opinione et vultu noverant, ad solas navigare insulas cogitabat; ut quem terra vulgaverat, saltem maria celarent. Eodem ferme tempore Hadrianus discipulus ejus de Palaestina supervenit, dicens Julianum occisum, et christianum imperatorem (80) regnare coepisse; revertique eum debere ad monasterii sui reliquias. Quod ille audiens detestatus est: et conducto camelo, per vastam solitudinem pervenit ad maritimam urbe Libyae, Paraetionium (81): ubi Hadrianus infelix volens Palaestinam reverti,

[80] *Imperator Jovinianus.*

[81] *Paraetionium, Villa fortificata, et portum de Libya, sub limitibus hujus partis, subjectis Egypti Regibus ex tunc appellati Ammonia, et hodiernadie. Al-Baretoun.*

et pristinam sub nomine magistri quaerens gloriam, multas ei fecit injurias. Ad extremum, convasatis quae a fratribus ei missa detulerat, nesciente illo, profectus est. Super hoc quia alter locus referendi non est, hoc tantum dixerim in terrorem eorum qui magistros despiciunt, quod post aliquantulum temporis computruerit morbo regio.

Vadit S. in Siciliam ubi naucleri filium sanat.

35. Habens igitur senex Gazanum secum ascendit classem, quae Siciliam navigabat. Cùmque venundato Evangeliorum codice, quem manu sua adolescens scripserat, dare naulum disponderet in medio ferme Adriae (82), naucleri filius arreptus a daemone clamare coepit, et dicere, "Hi-

[82] *Mare Adriaticum.*

laron serve Dei, cur nobis per te et in pelago totus esse non licet? Da mihi spatium donec ad terram veniam, ne hic effectus praecipiter abyssum." Qui ille, "Si Deus meus, ait, tibi concedi ut maneat, mane; sin autem ille te ejicit, quid mihi invidiam fascis (83), homini peccatori atque mendico?" Hoc autem dicebat, ne nautae et negotiatores qui in navi erant, se, cùm ad terram pervenisent, proderent. Nec multo post purgatus (84) est puer, patre fidem dante, et ceteris qui aderant, nulli se super ejus nomine locuturos.

De Evangeliorum copia quam in juventute sua fecerat. Ille gloriatur pro eo quod habitatores Siciliae quasi mendicium haberent.

36. Ingressus autem Pachynum pro-

[83] *Invidiam facere alicui, id est, ezitare in aliquem invidiam.*

[84] *Purgare, frequenter, cum loquitur de personis a demone possessis, empletur.*

montorium (85) Siciliae, obtulit nauclero Evangelium pro subvectione sua et Gazani. Qui nolens accipere, maxime cum videret illos, excepto illo codice, et his quibus vestiti erant amplius nihil habere, ad extremum jurat se non accepturum. Sed et senex accensus fiducia pauperis conscientiae, in eo magis laetabatur, et quod nihil haberet saeculi, et ab accolis illius loci mendicus putaretur.

Credens, se per negotiatores Syriae vel Egypti cognitum fuisse, in interiorem isllae pervenit, ibique lignorum quotidie fascem vendundatam pro alimonia sibi et aliis obtinenda faciebat,

37. Porro recogitans ne negotiatores de Oriente venientes se notum facerent, ad mediterranea fugit loca, id est, vicesimo a

[85] *Hoc promontorium est allior eorum, qui in insula sunt, hodiernadic Capo Paisaro.*

mari milliaro; ibique in quodam deserto agello, lignorum quotidie fascem alligans, imponebat dorso discipuli. Quo in proxima villa venundato, et sibi alimonia, et his qui forte ad eos veniebant, paucillulum panis emebant. Sed vere juxta quod scriptum est (86), *Non potest civitas latere super montem posita*, scutarius (87) quidam cum in basilica beati Petri Romae torqueretur, clamavit in eo immundus spiritus: "Ante paucos dies Siciliam ingressus est Hilarion servus Christi, et nemo eum novit, et putat se esse secretum; ego vadam, et prodam illum." Statimque cum servulis suis ascensa in portu nave, appulsus est Pachynum, et deducente se daemone, ubi

[86]. *Math. V, 14.*

[87] *Pro scutarii, hoc tempore, designabantur qui magni erant prope Imperatore. Illi. Praetoribus quos Constantinus magnus disperserat, secuti fuerunt.*

ante tugurium senis se prostravit, illico curatus est. Hoc initium signorum ejus in Sicilia, innumerabilem ad eum deinceps aegrotantium, sed et religiosorum hominum adduxit multitudinem: in tantum, ut de primoribus viris quidam tumens morbo interentis aquae, eodem die quo ad eum venerat, curatus sit. Qui postea offerens ei infinita munera, audivit dictum Salvatoris ad discipulos (88): *Gratis accepistis, gratis date.*

Fidelis ejus discipulus, per triennium in multis locis eum quaerit. Quomodo eum invenit. Vix ille magistrum suum viderat, quando hic se preparat ad populum incultum confugiendum.

38. Dum haec ita geruntur in Sicilia, Hesy chius, discipulus ejus, toto senem or-

[88] Math. X, 8.

de quaerebat, lustrans littora, deserta penetrans; et hanc tantum habens fiduciam, quia, ubicumque esset, sibi latere non posset. Transacto igitur jam triennio, audivit Methonae (88) a quodam Judaeo, villa populis scruta vendente, prophetam Christianorum apparuisse in Sicilia, tanta miracula et signa facientem, ut de veteribus sanctis putaretur. Interrogans itaque habitum ejus, incessum et linguam, maximeque aetatem, nihil discere potuit. Ille enim qui referebat, famam ad se venisse tantum hominis testabatur. Ingressus igitur Adriam, prospero cursu venit Pachynum; et in quadam curvi littoris villula famam senis scis-

[89] *Tria Villae de hoc nomine fuerunt: una in Argolide justa limites Peloponesi, altera in Laconia, hodierna-die Modon, Alia sub frontieribus Macedoniae ac Thraciae, cognita pro praetis E. lipi Regis.*

citatus, consona voce omnium cognovit ubi esset, quid ageret: nihil in eo ita cunctis admirantibus, quam quod post tanta signa atque miracula, ne fragmen quidem panis a quoquam in illis locis accepisse. Et ne longum faciam, sanctus vir Hesyechius ad magistri genua provolutus, plantasque ejus lacrimis rigans, tandem ab eo sublevatus, post bidui triduique sermonem audit a Gazano, non posse senem jam in illis habitare regionibus; sed velle ad barbaras quasdam pergere nationes, ubi et nomen et sermo suus ignotus foret.

Cum pervenisset in unum Dalmatiae oppidum, ille circuitum de dracone mirae magnitudinis liberat, unde celebritas ejus perlucet et in aliam regionem, voluit se abscondere.

39. Duxet itaque cum ad Epidaurum Dalmatiae oppidum, ubi paucis diebus in

vicino agello mansitans, non potuit abscondi. Siquidem draco mirae magnitudinis, quos gentili sermone *boas* vocant, ab eo quod tam grandes sint, ut boves glutire soleant, omnem lata vastabat provinciam, et non solum armenta et pecudes, sed agricolas quoque et pastores tractu saevi spiritus (89) absorbebat. Cui cum pyram jussisset praeparari, et oratione ad Christum emissa, evocato praecepisset struem lignorum scandare, ignem supposuit; cunctaque spectante plebe, immanem bestiam concremavit. Unde aestuans, quid faceret, quo se verteret, aliam parabat fugam; et solitarias terras monte perlustrans, moerebat quod tacente de se lingua, miracula loquerentur.

[89] Tractu saevi spiritus, credebatur ut serpentes aliquae per suum alitum victimam facinabant, priusquam eam caperent.

*Inundatio magna de mare, villam imminit
subvertere. Sanctus tria crucis signa in
sabulo depinxit, et mare ante eum stetit.*

40. Ea tempestate, terrae motu totius orbis, qui post Juliani mortem accidit (90). maria egressa sunt terminos suos, et quasi rursum Deus diluvium minaretur, vel in antiquum chaos redirent omnia, naves ad praerupta delatae montium pependerunt. Quod cum viderent Epidauritanti, fremen-

[90] *Post Apostatae mortem, quae fuit
25 Junii anni 363 Jovinianus pro Impera-
tore proclamatur. Ille in octo mensibus reg-
nabit, et post, pro suocore, Valentinianum
habuit, quo tempore hanc maris exundatio-
nem accidit die 20 Julii anni 365. Terre
motu per totum orbem facto ait S. Ieroni-
mus in traduc. Cronicae Eusebi, Mare litus
egreditur, Siciliae nullarumque insularum
urbes et innumera populos oppresit.*

tes scilicet, fluctus et undarum moles, et montes gurgitum littoribus inferri, verentes (quod jam evenisse cernebant) ne oppidum funditus subverteretur, ingressi sunt ad senem; et quasi ad proelium proficiscences, posuerunt eum in littore. Qui cum tria Crucis signa pinxisset in sabulo, manusque contra tenderet, incredibile dictum est in quantam altitudinem intumescens mare ante eum steterit: ac diu fremens, et quasi ad obicem indignans, paulatim in semetipsum relapsus est. Hoc Epidaurus et omnis illa regio usque hodie praedicat, matresque docent liberos suos ad memoriam in posteros transmittendam. Vere illud quod ad Apostolos dictum est (91). *Si credideritis, dicetis huic monti, Transi in mare; et fiet*, etiam juxta litteram impleri potest, si tamen quis habuerit Apostolorum fidem, et talem qualem illis abendam Dominus

[91] *Math. XVII, 19.*

imperavit. Quid enim interest, utrum mons descendat in mare, an immensi undarum montes repente obriguerint, et ante senis tantum pedes saxei, ex alia parte molliter fluxerint?

Post tantum miraculum cum non potuisset se occultum manere, perrexit in Cyprum, prope Laconiae piratas qui naviculam in qua erat, capturare voluit, detinet.

41. Mirabatur omnis civitas, et magnitudo signi Salonis (92) quoque percrebuerat. Quod intelligens senex, in brevi lembo clam nocte fugit, et inventa post biduum oneraria navi, perrexit Cyprum. Cumque inter Maleam et Cytheram (93) piratae,

[92] *Salona, Dalmaciae villa, sub Jader, Imperator Diocletiani patria et asillum. Hujus villae sunt in circuitu Spalatri.*

[93] *Malea, promontorium partis opo-*

derelicta classe in littore, quae non antemna, sed conto regitur, duobus haud parvis myoparonibus occurrissent, et denuo hinc inde fluctus verrente remige (94), omnes qui in navi erant trepidare, flere, discurre, praeparare contos, et quasi non sufficeret unus nuntius, certatim seni piratas adesse discebant. Quos ille procul intuens subrisit. Et conversus ad discipulos dixit: "*Modicae, inquit (95), fidei, quare trepida-*

sitae sud est Peloponesi in Morea, hodiernae Cabo S. Angelo Insula Cythere est contra hoc promontorium, et nominatur Cerigo. Navigatio de hoc ad insulam, intra est valde periculosa.

[94] *Remige, collective pro Remigibus, sicut frequenter dicitur pedes pro pedibus, equi, pro equitibus*

[95] *Inquit (Christus), Matth. XIV, 32.*

tis? Nunquid plures sunt hi quam Paracnis exercitus? tamen omnes Deo volente submersi sunt." Loquebatur his, et nihilominus spumantibus rostris hostiles carinae imminebant, jactu tantum lapidis medio.

Stetit ergo in prora navis, et porrecta contra venientes manu, "Hucusque, ait, venisse sufficiat." O mira rerum fides (94)! statim resiluere naviculae, et impellentibus contra (95) remis, ad puppim impetus redit. Mirabantur piratae post tergum se redire nolentes; totoque corporis nisu, ut ad navigium pervenirent, laborantes, velocius multo quam venerant, ad littus ferebantur.

[94] Rei vel rerum fides, vult dicere adimplentionem pro facto vel realitatem. Ideam quam latini exprimunt pro re, vel res ipsa.

[95] Contra, in contrariam directionem id est, properare.

Cum pervenisset Cyprium, liberum non fuit sicut alibi de quaerentibus cum, quia post triginta dies, à pluribus egrotantibus circumdatur.

42. Praetermitto cetera, ne videar in narratione signorum volumen extendere. Hoc solum dicam, quod prospero cursu inter Cyclades (96) navigans, hinc inde clamantium de urbibus et vicis et ad littora concurrentium immundorum spirituum voces audiebat. Ingressus ergo Paphum, urbem Cypri nobilem carminibus poetarum (97), quae frequenter terrae motu lapsa,

[96] Cyclades, hoc est nomen collectivum unius centenae earum quae circumdant maris limites, (in circuitu) de illa sacra, Delos.

[97] De hac villa est de qua, ex antiquitate, nomen appellativum Venus hortus fuit, Paphia antiqua villa destructa fuit à Pheniciis et ruinas ejus usque nunc in quadam collina permanent; villa nova Nepaphos, circa maris limitibus, et de antiqua parum distans fuit etiam destructa per terrae trepidationem

nunc ruinarum tantum vestigiis, quid olim fuerit, ostendit, insecundo ab urbe milliaro habitabat ignobilis, gaudensque quod paucis diebus quiete viveret. Verum non plus viginti transiere dies, cum per omnem illam insulam, quicumque immundos habebant spiritus, clamare coeperunt, venisse Hilarionem servum Christi, et ad eum se debere properare. Hoc Salamina, hoc Curium, hoc Lapetha (98) et urbes reliquae conclamabant, plerisque asserentibus scire

sub Augusti imperio, et deinceps ab imperatore restaurata. Hodiernadie, Bassu nominatur.

[98] Salamis vel Salamina Cypri, villa quae in parte insulae orientalis est, quae etiam per terrae trepidationem destructa fuit in tempore Constantini imperatoris, qui eam reconstruere fecit post hanc epocham appellata fuit Constantia hodiernadie portum Constantiae. Curium seu Curius, et promontorium de hoc nomine hodierna die Cap. Gavata, et villa Piscopia. Sapetha, alibi invenitur eum terminatione us, Sapethus vel Sapatthus, sub maris limite septentrionale, hodiernadie Supta.

se quidem Hilarionem, et vere illum esse famulum Dei, sed ubi esset ignorare. Intra triginta igitur nec multo amplius dies, ducenti ferme, tam viri quam mulieres, ad eum congregati sunt. Quos cum vidisset, dolens quod se non paterentur quiescere, et quodammodo in ultionem sui saeviens, tanta eos orationum instantia flagellavit, ut quidam statim, alii post biduum triduumve, omnes vero intra unam hebdomadam (99) curarentur

De celebritate tanta, intimis sensibus angit, et propter hoc in tribum incultam Egypti adire vult. Discipulus ejus Hesychius detinet eum, signans locum desertum esse in insula inaccessibilem et demoniorum plenum. Sanctus resolvit ad eum pergere et ibi manere.

43. Manens itaque ibi biennio, et semper de fuga cogitans, Hesychium, ad se veris tempore reversurum, Palaestinam ad salutationem fratrum et monasterii sui ei-

[99] Pro hebdomadem, alteratio accusativi greci.

neres visendos misit. Qui cum revertisset, cupienti rursus ad Ægyptum navigare, hoc est, ad ea loca quae vocantur Bucolia (100), eo quod nullus ibi Christianorum esset, sed barbara tantum et ferox natio, suavit ut in ipsa magis insula ad secretiorem locum conscenderet (101). Quem cum, diu lustrans omnia, reperisset, perduxit eum duodecim millibus amari procul inter secretos asperosque montes, et quo vix reptando manibus genibusque posset ascendi. Qui introgressus, contemplatus qui-

[100] Bucolia, nominabatur illa pars maris Ægypti comprehensa inter duo fluminis Nili ostia quae Sebennycum et men-tacium appellantur. Ut humiditatis locus abundet inter duo aquarum ostia quae naturaliter fuerunt alium artificiale operatum fuit et ap-pelatum Bucolicum ostium, in Damithae propinquitate. Habitantes hujus contorni ambulantes, per suas depredationes famosi fuerunt.

[101] Terminus conscenderet Hesy-chium prope esse denotat, ut est in montanis circumvecinis.

dem est terribilem valde et remotum locum, arboribus hinc inde circumdatum, habentem etiam aquas de supercilio collis irriguas, et hortulum peramoenum, et pomaria plurima quorum fructum nunquam in cibo sumpsit; sed et antiquissimi juxta templi ruinam, ex quo (ut ipse referebat et ejus discipuli testabantur) tam innumera bilium per noctes et dies daemonum voces resonabant, ut exercitum crederes. Quo ille valde delectatus, quo scilicet antagonistas haberet in proximo, habitavit ibi per annos quinque, et saepe invisente se Hesychio, in hoc extremo jam vitae suae tempore refocillatus est, quod propter asperitatem difficultatemque loci, et umbrarum (ut ferebatur vulgo) multitudinem, aut nullus, aut rarus ad se vel posset vel auderet ascendere.

Quodam die hominem paralyticum invenit, et sanum facit eum. Aquo tempore, de-novo à egrotantibus queritur, quoniam necessitas, difficultatem loci, et iter invium vicium, ut ad eum perveniret.

44. Quodam autem die egressus hortu-

lum, vidit hominem toto corpore paralyticum, jacentem ante fores; interrogavitque Hesygium quisnam esset, vel quomodo fuisset adductus. Qui respondens, ait, procuratorem se fuisse villulae, ad cujus jus (102) hortulus quoque, in quo ipsi erant, pertineret. Et ille collacrimans, tendensque ad jacentem manum, "Tibi, inquit, dico, in nomine Domine nostri Jesu Christi, surge, et ambula." Mira velocitas. Adhuc verba in ore locuentisolvebantur, et jam membra solidata ad estandum, hominem surrigebant. Quod postquam auditum est, etiam difficultatem loci et iter invium plurimorum vicit necessitas nihil: aequè per circumitum cunctis villis observantibus, quam ne quomodo elaboretur. Disseminaverat enim hoc de eo rumor, diu eum in eodem loco manere non posse. Quod ille non levitate quadam, aut puerili sensu victus faciebat, sed honorem fugiens et importunitatem; semper enim silentium et vitam ignobilem desiderabat.

S. Hilari testamenti necnon ejus ultimae vo-

[102] Jus, (possessionis).

luntates, et quomodo ille egrotus fuerat, alias tres personas curat.

45. Igitur octogesimo aetatis suae anno, cum absens esset Hesygius, quasi testamenti vice breve manu propria scripsit epistolam, omnes divitias suas ei derelinquens (Evangelium scilicet, et tunicam saccam cucullam et palliolum); nam minister ejus ante paucos dies obierat. Venerunt itaque ad aegrotantem de Papho multi religiosi viri; et maxime quod eum dixisse audierant, jam se ad Deum migraturum, et de corporis vinculis liberandum (103); sed et Constantia quaedam sancta femina, cujus generum et filiam de morte liberaverat unctione olei: quos omnes adjuravit, ut ne puncto quidem horae post mortem reservaretur; sed statim eum in eodem hortulo terra operirent, sicut vestitus erat in tunica cilicina et cuculla et sa-go rustico.

Ejus mors, et immediate Sepelitur. ®

46. Jamque modicus calor tepebat in

[103] Pro liberatum iri.

pectore, nec praeter sensum quidquam vivi hominis supererat, et tamen apertis oculis loquebatur: "Egredere, quid times? egredere, anima mea, quid dubitas? Septuaginta prope annis servisti Christo, et mortem times? In haec verba exhalavit spiritum. Statimque humo obrutum, antè urbi sepultum, quam mortuum nuntiaberant.

Hesy chius absens erat, cum magister ejus mortus fuerat, et cum venisset ad monasterium, cum vitae suae periculo post decem menses sancti corpus invenit perfecte servatum, et in antiquo Palaestinae monasterium deportat.

47. Quod postquam sanctus vir audivit Hesy chius, perrexit ad Cyprum, et simulans se velle habitare in eodem hortulo, ut diligentis custodiae suspicionem accolis tolleret, cum ingenti vitae suae periculo, post decem fere menses corpus ejus furatus est. Quod Majumam (104) deferens, totis monachorum et oppidorum turbis prosequentibus, in antiquo monasterio condidit;

[104] *Sicut jam alibi dictum fuit.*

illaesa tunica, cuculla, et palliolo, et toto corpore, quasi adhuc viveret, integro, tantisque fragrante odoribus, ut delibutum unguentis putares.

Admirabilis curatio unius sanctae mulieris

48. Non mihi videtur in calce libri tacenda Constantiae illius sanctissimae mulieris devotio, quae, perlato ad se nuntio, quod corpusculum Hilarionis Palaestinae (105) esset, statim exanimata est, veram in servum Dei dilectionem etiam morte comprovans. Erat enim solita pervigiles in sepulcro ejus noctes dicere, et quasi cum presente ad adjuvandas orationes suas sermocinari. Cernas usque hodie miram inter Palaestinos et Cyprios contentionem, his corpus Hilarionis, illis spiritum se habere certantibus. Et tamen in utrisque locis magna quotidie signa fiunt; sed magis in hortulo Cypri, forsitan quia plus illum locum dilexerit.

[105] *Palaestinae, et in alio capite Palaestinae ut distinctionem veniat de provincia et Villa, quae bona latinitas in hoc casu facit, et paulatim in temporis decurso acquisita est.*

INDEX.

S. AMBROSIUS,

I.—De plantis..... 1

II.—De arboribus..... 10

III.—De polypo et cancro..... 15

IV.—De animalium matribus.... 21

V.—Elephantus..... 55

VI.—Mare..... 64

VII.—Maris continuatio. 72

S. SYPRIANUS.

VIII.—Christianorum spectacula. 79

LANCTANTIUS.


IX.—Universus pro homine con-
ditus..... 86

X.—Quare Deus hominem crea-
vit..... 97

XI.—Verba sapientis cujusdam
pagani. 100

S. HIERONIMUS.

XII.—De S. HILARIONIS eremitae
vita..... 102



U A N L

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN

DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS



25

LA NUEVA
BIBLIOTECA

01